

Stanford University Libraries



Journal

für die

reine und angewandte Mathematik.


In zwanglosen Heften.

Herausgegeben

von

A. L. Crelle.

Mit thätiger Beförderung hoher Königlich-Preufsischer Behörden.



Zwölfter Band.

in 4 Heften.

Mit zwei Kupfertafeln.

Berlin, 1834.

Bei G. Reimer.

Et se trouve à Paris chez Mr. Bachelier (successeur de Mme Ve Courcier).
Libraire pour les Mathématiques etc. Quai des Augustins No. 55.

Inhaltsverzeichnifs
des zwölften Bandes, nach den Gegenständen.

I. Reine Mathematik.

1. Analysis.

1.

De binis quibuslibet functionibus homogeneis secundi ordinis per substitutiones lineares in alias binas transformandis, quae solis quadratis variabilium constant; una cum variis theorematis de transformatione et determinatione integralium multiplicium.

(Auct. Dr. *C. G. J. Jacobi*, prof. math. Regiom.)

Introductio.

1.

Propositis inter variabiles

$$x_1, x_2 \dots x_n \text{ et } y_1, y_2 \dots y_n,$$

n aequationibus linearibus huiusmodi

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \dots + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

facile patet, coëfficientes $\alpha_n^{(m)}$, quorum est numerus nn, ita determinari posse, ut data functio quaelibet homogenea secundi ordinis variabilium $x_1, x_2 \dots x_n$ transformetur in aliam variabilium $y_1, y_2 \dots y_n$, quae solis earum quadratis constet, simulque summa quadratorum variabilium non mutet valorem, sive fiat

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n.$$

Nam haec altera conditio sibi poscit aequationes conditionales numero $\frac{n(n+1)}{2}$, porro cum de functione transformata supponatur abiisse producta e binis variabilibus conflata, accedunt aequationes $\frac{n(n-1)}{2}$; ita ut habeas aequationes conditionales numero nn, qui est numerus coëfficientium substitutionis adhibitae. Unde problema determinatum est.

Pro tribus variabilibus est problema tritum illud de superficie secundi ordinis revocanda ad axes superficiei principales. Problematis generalis solutionem nuper dedit Cl. Cauchy (Exerc. de Mathém. t. IV. pag. 161. sqq.). Quaestiones de eadem re, a praestantissimo Sturm illustri Academiae Parisiensi commissas, nondum lucem vidisse dolemus.

Sit functio, in quam proposita transformatur,

$$G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \dots + G_n y_n y_n;$$

inveniuntur quantitates G_1, $G_2 \ldots . G_n$ ut radices diversae aequationis algebraicae n^{ti} gradus,' quas Cl. Cauchy demonstravit, omnes fore reales. Quibus determinatis, coëfficientium, quarum ope y_m per variabiles x_1, $x_2 \ldots$ $\ldots x_n$ exhibetur,

$$\alpha_1^{(m)},\ \alpha_2^{(m)} \ldots . \alpha_n^{(m)}$$

quadrata et binorum producta per unicam G_m rationaliter exprimuntur; atque invenitur, coëfficientes ipsius $x_\varkappa$ in valoribus ipsarum y_1, $y_2 \ldots . y_n$,

$$\alpha'_\varkappa,\ \alpha''_\varkappa \ldots . \alpha_\varkappa^{(n)},$$

quantitatum G_1, $G_2 \ldots . G_n$ respective easdem functiones esse.

Coëfficientium quadrata et producta illa modo singulari sequentibus exhibebo; quo saepius calculis complicatis concinnitas conciliatur. Considero enim quantitates G_1, $G_2 \ldots . G_n$, quae per aequationem illam n^{ti} gradus a constantibus functionis propositae pendent, tamquam functiones harum constantium, atque demonstro, quadrata et producta illa aequalia fore ipsis earum differentialibus partialibus, secundum constantes illas sumtis. Sit enim functionis propositae terminus quilibet in $x_\varkappa x_\lambda$ ductus, $p x_\varkappa x_\lambda$, invenio

$$\alpha_\varkappa^{(m)} \alpha_\lambda^{(m)} = \frac{\partial G_m}{d p}.$$

Unde vides, unica formata aequatione n^{ti} gradus, problema confici. Quippe cuius radices dant expressionem transformatam; earumque differentialia partialia sumta secundum constantes functionis transformandae, quae aequationem illam afficiunt, dant coëfficientes substitutionis adhibendae.

Formulae concinniores evadunt pro formis specialibus, quas functio transformanda induit; quarum unam et alteram accuratius examino. Ubi etiam pro tribus variabilibus aequationem cubicam ita exhibitam invenis, ut ipso conspectu pateat, radices eius omnes esse reales.

2.

Demonstravi olim in commentatione „*de transformatione integralis duplicis indefiniti etc.*" (Vol. VIII. pag. 253. sqq.), ad investigationem axium principalium superficiei secundi ordinis — qui est casus problematis antecedentis pro tribus variabilibus — usu idoneo quantitatum imaginariarum facto, revocari posse transformationem quandam integralis simplicis, cuius in analysi frequens usus est,

$$\int \frac{\partial \varphi}{[l + m\cos^2\varphi + n\sin^2\varphi + 2l'\cos\varphi\sin\varphi + 2m'\sin\varphi + 2n'\cos\varphi]^{\frac{1}{2}}} =$$

$$\int \frac{\partial y}{[G - G_1\cos^2 y - G_2\sin^2 y]^{\frac{1}{2}}}.$$

Quae peragitur transformatio ope substitutionis huiusmodi

$$\cos\varphi = \frac{\beta - \beta' \cos\gamma - \beta'' \sin\gamma}{\alpha - \alpha' \cos\gamma - \alpha'' \sin\gamma},$$

$$\sin\varphi = \frac{\gamma - \gamma' \cos\gamma - \gamma'' \sin\gamma}{\alpha - \alpha' \cos\gamma - \alpha'' \sin\gamma}.$$

Propter quem utriusque problematis consensum fit, ut etiam hic locum habeat determinatio coëfficientium substitutionis adhibitae per differentialia partialia ipsarum G, G_1, G_2 sumta secundum constantes l, m etc. Quae quantitates in hoc problemate inveniuntur ut radices aequationis cubicae

$$(x-l)(x+m)(x+n) - l'l'(x-l) + m'm'(x+m) + n'n'(x+n) - 2l'm'n' = 0.$$

Ita e. gr. dedi l. c. pg. 329.30 formulas *)

$$\alpha\alpha = \frac{(G+m)(G+n) - l'l'}{(G-G')(G-G'')},$$

$$-\alpha\beta = \frac{n'(G+n) - l'm'}{(G-G')(G-G'')},$$

quas expressiones, si aequationem cubicam allegatam in auxilium vocas, vel ipso intuitu patet, fore

$$\alpha\alpha = \frac{\partial G}{\partial l}, \quad \alpha\beta = \frac{\partial G}{2\partial n'}.$$

Eodemque modo pro reliquis obtines:

$$\alpha\alpha = \frac{\partial G}{\partial l}, \quad \alpha'\alpha' = -\frac{\partial G_1}{\partial l}, \quad \alpha''\alpha'' = -\frac{\partial G_2}{\partial l},$$

$$\beta\beta = \frac{\partial G}{\partial m}, \quad \beta'\beta' = -\frac{\partial G_1}{\partial m}, \quad \beta''\beta'' = -\frac{\partial G_2}{\partial m},$$

$$\gamma\gamma = \frac{\partial G}{\partial n}, \quad \gamma'\gamma' = -\frac{\partial G_1}{\partial n}, \quad \gamma''\gamma'' = -\frac{\partial G_2}{\partial n},$$

porro:

$$\beta\gamma = \frac{\partial G}{2\partial l'}, \quad \beta'\gamma' = -\frac{\partial G'}{2\partial l'}, \quad \beta''\gamma'' = -\frac{\partial G''}{2\partial l''},$$

$$\gamma\alpha = \frac{d G}{2\partial m'}, \quad \gamma'\alpha' = -\frac{\partial G'}{2\partial m'}, \quad \gamma''\alpha'' = -\frac{\partial G''}{2\partial m''},$$

$$\alpha\beta = \frac{\partial G}{2\partial n'}, \quad \alpha'\beta' = -\frac{\partial G'}{2\partial n'}, \quad \alpha''\beta'' = -\frac{\partial G''}{2\partial n''}.$$

Transformationem plane similem, docui in alia commentatione anteriore (Vol. II. pag. 234.), adhiberi posse ad duplicis integralis transformationem. Sit enim

$$xx + yy + zz = uu + vv + ww = 1,$$

unde x, y, z nec non u, v, w considerari possunt ut coordinatae puncti sphaerae, cuius radius $= 1$: demonstravi, coëfficientes sedecim α, β, γ etc.

*) Loco citato pro G; G_1, G_2, scriptum invenis GG, G_1G_1, G_2G_2.

ita determinari posse, ut locum habeat substitutio

$$u = \frac{\alpha + \alpha' x + \alpha'' y + \alpha''' z}{\delta + \delta' x + \delta'' y + \delta''' z},$$
$$v = \frac{\beta + \beta' x + \beta'' y + \beta''' z}{\delta + \delta' x + \delta'' y + \delta''' z},$$
$$w = \frac{\gamma + \gamma' x + \gamma'' y + \gamma''' z}{\delta + \delta' x + \delta'' y + \delta''' z},$$

simulque functio data

$$a + a' xx + a'' yy + a''' zz + 2b' x + 2b'' y + 2b''' z + 2c' yz + 2c'' zx + 2c''' xy$$

abeat in hanc expressionem

$$[G - G_1 uu - G_2 vv - G_3 ww][\delta + \delta' x + \delta'' y + \delta''' z]^2,$$

ipsis G, G_1, G_2, G_3 rite determinatis. Sint ∂S, $\partial S'$ elementa sphaericae superficiei, quae coordinatis x, y, z et u, v, w respondent, probavi, e substitutione adhibita sequi

$$\partial S' = \frac{\partial S}{(\delta + \delta' x + \delta'' y + \delta''' z)^3}.$$

Unde habetur

$$\iint \frac{\partial S}{a + a' xx + a'' yy + a''' zz + 2b' x + 2b'' y + 2b''' z + 2c' yz + 2c'' zx + 2c''' xy}$$
$$= \iint \frac{\partial S'}{G - G_1 uu - G_2 vv - G_3 ww}.$$

Quae est transformatis integralis duplicis, de qua diximus.

Et hoc problema, adnotavi in commentatione supra citata (Vol. VIII.), ope quantitatum imaginariarum idonee adhibitarum convenire cum problemate algebraico initio proposito, casu *quatuor* variabilium. Unde et hic locum habet determinatio coëfficientium substitutionis adhibitae per differentialia partialia ipsarum G, G_1, G_2, G_3, sumta secundum quantitates a, a', a'' etc., quippe a quibus constantibus illas pendere, l. c. demonstravi, ut radices aequationis biquadraticae:

$$\begin{aligned}
0 = &(a - x)(a' + x)(a'' + x)(a''' + x) \\
&- c'c'(a - x)(a' + x) - c''c''(a - x)(a'' + x) - c'''c'''(a - x)(a''' + x) \\
&- b'b'(a'' + x)(a''' + x) - b''b''(a''' + x)(a' + x) - b'''b'''(a' + x)(a'' + x) \\
&+ 2c'c''c'''(a - x) + 2c'b''b'''(a' + x) + 2c''b'''b'(a'' + x) + 2c'''b'b''(a''' + x) \\
&+ b'b'c'c' + b''b''c''c'' + b'''b'''c'''c''' - 2b'b''c'c'' - 2b''b'''c''c''' - 2b'''b'c'''c'.
\end{aligned}$$

Ac reapse, hac aequatione in auxilium vocata, e formulis a nobis traditis (Vol. II. pgg. 240. 41.) ipso intuitu deducis sequentes:

$$\delta\delta = \frac{\partial G}{\partial a}, \quad \alpha\alpha = -\frac{\partial G_1}{\partial a}, \quad \beta\beta = -\frac{\partial G_2}{\partial a}, \quad \gamma\gamma = -\frac{\partial G_3}{\partial a},$$
$$\delta'\delta' = \frac{\partial G}{\partial a'}, \quad \alpha'\alpha' = -\frac{\partial G_1}{\partial a'}, \quad \beta'\beta' = -\frac{\partial G_2}{\partial a'}, \quad \gamma'\gamma' = -\frac{\partial G_3}{\partial a'},$$

$$\delta''\delta'' = \frac{\partial G}{\partial a''}, \quad \alpha''\alpha'' = -\frac{\partial G_1}{\partial a''}, \quad \beta''\beta'' = -\frac{\partial G_2}{\partial a''}, \quad \gamma''\gamma'' = -\frac{\partial G_3}{\partial a''},$$

$$\delta'''\delta''' = \frac{\partial G}{\partial a'''}, \quad \alpha'''\alpha''' = -\frac{\partial G_1}{\partial a'''}, \quad \beta'''\beta''' = -\frac{\partial G_2}{\partial a'''}, \quad \gamma'''\gamma''' = -\frac{\partial G_3}{\partial a'''};$$

porro

$$\delta\delta' = -\frac{\partial G}{2\partial b'}, \quad \alpha\alpha' = \frac{\partial G_1}{2\partial b'}, \quad \beta\beta' = \frac{\partial G_2}{2\partial b'}, \quad \gamma\gamma' = \frac{\partial G_3}{2\partial b'},$$

$$\delta\delta'' = -\frac{\partial G}{2\partial b''}, \quad \alpha\alpha'' = \frac{\partial G_1}{2\partial b''}, \quad \beta\beta'' = \frac{\partial G_2}{2\partial b''}, \quad \gamma\gamma'' = \frac{\partial G_3}{2\partial b''},$$

$$\delta\delta''' = -\frac{\partial G}{2\partial b'''}, \quad \alpha\alpha''' = \frac{\partial G_1}{2\partial b'''}, \quad \beta\beta''' = \frac{\partial G_2}{2\partial b'''}, \quad \gamma\gamma''' = \frac{\partial G_3}{2\partial b'''},$$

$$\delta''\delta''' = -\frac{\partial G}{2\partial c'}, \quad \alpha''\alpha''' = \frac{\partial G_1}{2\partial c'}, \quad \beta''\beta''' = \frac{\partial G_2}{2\partial c'}, \quad \gamma''\gamma''' = \frac{\partial G_3}{2\partial c'},$$

$$\delta'''\delta' = -\frac{\partial G}{2\partial c''}, \quad \alpha'''\alpha' = \frac{\partial G_1}{2\partial c''}, \quad \beta'''\beta' = \frac{\partial G_2}{2\partial c''}, \quad \gamma'''\gamma' = \frac{\partial G_3}{2\partial c''},$$

$$\delta'\delta'' = -\frac{\partial G}{2\partial c'''}, \quad \alpha'\alpha'' = \frac{\partial G_1}{2\partial c'''}, \quad \beta'\beta'' = \frac{\partial G_2}{2\partial c'''}, \quad \gamma'\gamma'' = \frac{\partial G_3}{2\partial c'''} \text{ *)}.$$

Quas formulas, sicuti antecedentes, propter usum earum frequentiorem hic in conspectum exposui. Transformationem similem adhiberi posse integralibus multiplicibus cuiuslibet ordinis, adnotavi l. c. (Vol. VIII. pg. 350.). In qua generaliter constantes, quae integrale $n$tuplum transformatum afficiunt, inveniuntur ut radices aequationis algebraicae $(n+2)^{ti}$ ordinis; quarum differentialia partialia sumta secundum constantes, quae integrale propositum afficiunt, suppeditant substitutionis adhibendae coëfficientes. Quae transformatio generalis de problemate algebraico generali eadem ratione derivatur, quam l. c. pro casibus $n=3$, $n=4$ indicavi.

3.

Problema, de quo dictum est, algebraicum ita generalius concipi potest, ut in locum summae quadratorum variabilium proponatur altera quaelibet functio homogenea secundi ordinis transformanda; sive proponatur, binas simul functiones homogeneas secundi ordinis cuiuslibet numeri variabilium per substitutiones lineares transformare in alias, quae variabilium solis quadratis constant.

Sint functiones transformatae:

$$G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \ldots + G_n y_n y_n,$$
$$H_1 y_1 y_1 + H_2 y_2 y_2 + \ldots + H_n y_n y_n;$$

*) Ut formulae l. c. traditae cum his conveniant, scribendum est $-G_1$, $-G_2$, $-G_3$ loco G', G'', G'''; quantitas arbitraria $\varkappa$ poni debet $=1$; porro

$$x = \cos\psi, \quad y = \sin\psi\cos\varphi, \quad z = \sin\psi\sin\varphi,$$
$$u = \cos\eta, \quad v = \sin\eta\cos\vartheta, \quad w = \sin\eta\sin\vartheta.$$

exprimantur porro variabiles propositae $x_1, x_2 \ldots . x_n$ per variabiles $y_1, y_2 \ldots . y_n$ ope aequationum huiusmodi:

$$x_m = \beta'_m y_1 + \beta''_m y_2 + \ldots . + \beta^{(n)}_m y_n.$$

Facile patet, problemate proposito tantum determinari rationem, in quibus sunt quantitates G_x, H_x et coefficientium $\beta^{(x)}_1$, $\beta^{(x)}_2 \ldots . \beta^{(x)}_n$ quadrata vel binorum producta. Nam si loco y_x, quod licet, scribis $p_x y_x$, designante p_x factorem constantem arbitrarium, quantitates illae simul per eundem factorem $p_x p_x$ dividi debent. Quotientes

$$\frac{G_1}{H_1}, \frac{G_2}{H_2} \ldots . \frac{G_n}{H_n}$$

et hic invenis ut radices diversas aequationis algebraicae n^{ti} gradus. Deinde coëfficientium $\beta^{(x)}_1$, $\beta^{(x)}_2 \ldots . \beta^{(x)}_n$ quadrata et binorum producta, divisa per G_x aut H_x, per unicam $\frac{G_x}{H_x}$ rationaliter exprimuntur; porro quantitates

$$\frac{\beta'_m}{\sqrt{G_1}}, \frac{\beta''_m}{\sqrt{G_2}} \ldots . \frac{\beta^{(n)}_m}{\sqrt{G_n}}.$$

inveniuntur respective ut eaedem functiones quantitatum

$$\frac{G_1}{H_1}, \frac{G_2}{H_2} \ldots . \frac{G_n}{H_n}$$

Quantitates $\frac{G_x}{H_x}$ si rursus spectas ut functiones constantium, quibus datae functiones transformandae affectae sunt, et hic elegantissime per differentialia earum partialia, secundum constantes illas sumta, exprimi possunt coëfficientium quadrata illa et producta, divisa per quantitates G_x aut H_x; eaque singula binis modis, sive constantem, secundum quam differentiatur, ex altera functione proposita, sive ex altera sumas. Sint enim termini earum in $x_x x_{x'}$ ducti $p x_x x_{x'}$, $q x_x x_{x'}$, invenio:

$$\beta^{(\lambda)}_x \beta^{(\lambda)}_{x'} = \frac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{H_\lambda \partial p} = \frac{G_\lambda \partial H_\lambda - H_\lambda \partial G_\lambda}{G_\lambda \partial q},$$

sive:

$$\frac{\beta^{(\lambda)}_x \beta'^{(\lambda)}_{x'}}{H_\lambda} = \frac{\partial\left(\frac{G_\lambda}{H_\lambda}\right)}{\partial p}, \quad \frac{\beta^{(\lambda)}_x \beta^{(\lambda)}_{x'}}{G_\lambda} = \frac{\partial\left(\frac{H_\lambda}{G_\lambda}\right)}{\partial q}.$$

Unde etiam hic, unica aequatione algebraica n^{ti} gradus formata, totum problema conficitur.

In commentatione III. de Integralibus Duplicibus (Vol. X.) demonstravi, quaestiones algebraicas, quae casui $n = 3$ respondent, ad transformationem et determinationem integralium duplicium commode applicari. Qua de re placuit, sub finem harum quaestionum generalium theoremata

in commentatione citata de integralibus duplicibus inventa ad integralia multiplicia cuiuslibet ordinis extendere, quod per easdem methodos successit.

Jam singula accuratius persequamur. Quae alia varia theoremata algebraica et analytica adstruendi occasionem suppeditabunt.

Problema I.

Investigare substitutiones lineares huismodi

$$y_1 = \alpha'_1\, x_1 + \alpha'_2\, x_2 + \ldots + \alpha'_n\, x_n,$$
$$y_2 = \alpha''_1\, x_1 + \alpha''_2\, x_2 + \ldots + \alpha''_n\, x_n,$$
$$\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots$$
$$y_n = \alpha^{(n)}_1 x_1 + \alpha^{(n)}_2 x_2 + \ldots + \alpha^{(n)}_n x_n,$$

quibus efficiatur

$$y_1y_1 + y_2y_2 + \ldots + y_ny_n = x_1x_1 + x_2x_2 + \ldots + x_nx_n,$$

simulque data functio homogenea secundi ordinis variabilium $x_1, x_2 \ldots$ $\ldots x_n$ *transformetur in aliam variabilium* $y_1, y_2 \ldots y_n$, *de qua binarum producta evanuerunt."*

4.

Investigemus primum varias relationes, quae inter coëfficientes propositos locum habere debent, ut conditioni primae satisfiat,

$$1.\quad x_1x_1 + x_2x_2 + \ldots + x_nx_n = y_1y_1 + y_2y_2 + \ldots + y_ny_n.$$

Ac primum, ut substitutis ipsarum $y_1, y_2 \ldots y_n$ valoribus aequatio illa identica evadat, fieri debet:

$$2.\quad \begin{cases} \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda + \ldots + \alpha^{(n)}_\varkappa \alpha^{(n)}_\lambda = 0, \\ \alpha'_\varkappa \alpha'_\varkappa + \alpha''_\varkappa \alpha''_\varkappa + \ldots + \alpha^{(n)}_\varkappa \alpha^{(n)}_\varkappa = 1. \end{cases}$$

Propter has aequationes, substitutis rursus valoribus ipsarum $y_1, y_2 \ldots y_n$ valoribus, identica fit etiam haec aequatio:

$$3.\quad x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \ldots + \alpha^{(n)}_\varkappa y_n;$$

cuius ope variabiles propositae $x_1, x_2 \ldots x_n$ exprimuntur per $y_1, y_2 \ldots y_n$. Quos valores ipsarum $x_1, x_2 \ldots x_n$ si rursus substituimus in aequatione (1.), nanciscimur, ut identica evadat, formulas sequentes:

$$4.\quad \begin{cases} \alpha^{(\varkappa)}_1 \alpha^{(\lambda)}_1 + \alpha^{(\varkappa)}_2 \alpha^{(\lambda)}_2 + \ldots + \alpha^{(\varkappa)}_n \alpha^{(\lambda)}_n = 0, \\ \alpha^{(\varkappa)}_1 \alpha^{(\varkappa)}_1 + \alpha^{(\varkappa)}_2 \alpha^{(\varkappa)}_2 + \ldots + \alpha^{(\varkappa)}_n \alpha^{(\varkappa)}_n = 1. \end{cases}$$

Videmus ex antecedentibus, quod maxime tenendum est, tales existere inter coëfficientes propositos $\alpha^{(m)}_\varkappa$ relationes, ut propositis n aequationibus linearibus huiusmodi,

$$y_\varkappa = \alpha_1^{(\varkappa)} x_1 + \alpha_2^{(\varkappa)} x_2 + \ldots\ldots + \alpha_n^{(\varkappa)} x_n,$$

earum resolutio suppeditet n aequationes sequentis formae,

$$x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \ldots\ldots + \alpha_\varkappa^{(n)} y_n;$$

unde etiam vice versa harum resolutio illas suppeditat. Porro animadverto, e quaque relationum illarum seu quae ex iis sequuntur, statim nos eruere alteram, coëfficientium indices inferiores cum superioribus permutando. Qua permutatione simul variabiles $x_1, x_2 \ldots\ldots x_n$ et $y_1, y_2 \ldots\ldots y_n$ respective in se invicem abeunt.

5.

Aliae relationes inter coëfficientes propositos, quae e (1.) sequuntur, derivari possunt de relationibus algebraicis generalibus, quae locum habent inter coëfficientes aequationum linearium propositarum aliarumque, quae ex earum inversione seu resolutione obtinentur. In quaestione nostra aequationes propositae et inversae eosdem coëfficientes habent, nisi quod illarum series horizontales coëfficientium harum verticales fiunt et vice versa. Hinc ex unaquaque eiusmodi relatione generali casu nostro relatio inter ipsos coëfficientes propositos nascitur.

Supponamus, designantibus $\alpha_\varkappa^{(m)}$ datas quantitates quaslibet, ex n aequationibus linearibus propositis huiusmodi

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \ldots\ldots + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

per notas regulas resolutionis algebraicae haberi aequationes formae:

$$A x_\varkappa = \beta'_\varkappa y_1 + \beta''_\varkappa y_2 + \ldots\ldots + \beta_\varkappa^{(n)} y_n.$$

Ipsum A supponimus denominatorem communem valorum incognitarum, qui per algorithmos notos formatur; sive fit

$$A = \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots\ldots \alpha_n^{(n)},$$

signo summatorio amplectente terminos omnes, qui indicibus aut inferioribus aut superioribus omnimodis permutatis proveniunt; signis eorum alternantibus secundum notam regulam, quam ita enunciare licet, ut termino cuilibet per certam permutationum *indicum* orto idem signum tribuatur, quo afficitur productum sequens conflatum e differentiis numerorum 1, 2, ... n

$$(2-1)(3-1)\ldots\ldots(n-1).(3-2)(4-2)\ldots\ldots(n-2).(4_3-3) \text{ etc.},$$

eadem *numerorum* permutatione facta.

Eadem notatione adhibita, sit

$$B = \Sigma \pm \beta'_1 \beta''_2 \ldots\ldots \beta_n^{(n)},$$

ubi ipsam B e quantitatibus $\beta_\varkappa^{(m)}$ eodem modo compositam accipimus, quo

A ex ipsis $\alpha_x^{(m)}$ componitur. Quibus statutis, observo fieri:

$$5. \quad B = A^{n-1},$$

ac generalius:

$$6. \quad \Sigma \pm \beta'_1 \beta''_2 \dots \beta_m^{(m)} = A^{m-1} \Sigma \pm \alpha_{m+1}^{(m+1)} \alpha_{m+2}^{(m+2)} \dots \alpha_n^{(n)}.$$

De qua formula generali (6.) cum pro variis valoribus ipsius m, tum indicibus et superioribus et inferioribus omnimodis permutatis, permultae aliae similes formulae profluunt.

Casu nostro fit

$$\beta_x^{(m)} = A \alpha_x^{(m)},$$

ideoque

$$B = \Sigma \pm \beta'_1 \beta''_2 \dots \beta_n^{(n)} = A^n \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha_n^{(n)} = A^{n+1},$$

unde (5.) suppeditat formulam in quaestione nostra prae ceteris memorabilem:

$$7. \quad AA = (\Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha_n^{(n)})^2 = 1,$$

sive:

$$A = \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha_n^{(n)} = \pm 1.$$

Porro fit e (6.) casu nostro:

$$8. \quad A \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha_m^{(m)} = \Sigma \pm \alpha_{m+1}^{(m+1)} \alpha_{m+2}^{(m+2)} \dots \alpha_n^{(n)}.$$

Quae relationes (7.), (8.) iis, quae §. antecedente traditae sunt, adiunctae relationes praecipuas constituunt, quae inter coëfficientes propositos locum habent, quoties datur conditio

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n.$$

6.

Ad demonstranda theoremata algebraica generalia (5.), (6.) methodum singularem in auxilium vocabo, qua saepius non ineleganter uti licet. Quamquam res etiam per methodos notas liquet.

Sit

$$\alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \dots + \alpha_n^{(m)} x_n = X_m,$$
$$\beta'_m y_1 + \beta''_m y_2 + \dots + \beta_m^{(n)} y_n = Y_m,$$

ac supponamus, dignitates negativas expressionum $X_1, X_2, \dots X_n$ evolvi respective secundum dignitates descendentes ipsarum $x_1, x_2 \dots x_n$; porro dignitates negativas ipsarum $Y_1, Y_2 \dots Y_n$ evolvi respective secundum dignitates descendentes ipsarum $y_1, y_2 \dots y_n$. Designemus porro per

$$[U]_{\frac{1}{x_1 x_2 \dots x_n}}$$

coëfficientem termini $\frac{1}{x_1 x_2 \dots x_n}$ in ipsa U, secundum potestates variabilium $x_1, x_2 \dots x_n$ certa ratione evoluta.

Quibus statutis, demonstravi in commentatione anteriore:
„Exercitatio algebraica circa discerptionem singularem fractionum, quae plures variabiles involvunt"
(Vol. V. pag. 344. sqq.), fore:

$$9.\quad \left[\frac{1}{X_1 X_2 \dots X_n}\right]_{\frac{1}{x_1 x_2 \dots x_n}} = \frac{1}{A},$$

sive etiam, quod idem est,

$$10.\quad \left[\frac{1}{Y_1 Y_2 \dots Y_n}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \dots y_n}} = \frac{1}{B};$$

ac generalius:

$$11.\ \left[\frac{x_1^{s_1} x_2^{s_2} \dots x_n^{s_n}}{X_1^{r_1+1} X_2^{r_2+1} X_n^{r_n+1}}\right]_{\frac{1}{x_1 x_2 \dots x_n}} = \frac{1}{A^{r_1+r_2+\dots+r_n+1}} \left[\frac{Y_1^{r_1} Y_2^{r_2} \dots Y_n^{r_n}}{y_1^{s_1+1} y_2^{s_2+1} y_n^{s_n+1}}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \dots y_n}},$$

designantibus $r_1, r_2 \dots r_n$ ac $s_1, s_2 \dots s_n$ numeros quoslibet integros sive positivos sive negativos.

Sit ex. gr.

$$r_1 = r_2 \dots = r_n = -1,$$
$$s_1 = s_2 \dots = s_n = -1,$$

formula (11.) e (10.) in hanc abit

$$1 = A^{n-1} \left[\frac{1}{Y_1 Y_2 \dots Y_n}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \dots y_n}} = \frac{A^{n-1}}{B},$$

quae est formula (5.).

Sit porro

$$r_1 = r_2 \dots = r_m = -1, \quad r_{m+1} = r_{m+2} \dots = r_n = 0,$$
$$s_1 = s_2 \dots = s_m = -1, \quad s_{m+1} = s_{m+2} \dots = s_n = 0,$$

formula (11.) in hanc abit

$$\left[\frac{1}{X_{m+1} X_{m+2} \dots X_n}\right]_{\frac{1}{x_{m+1} x_{m+2} \dots x_n}} = A^{m-1} \left[\frac{1}{Y_1 Y_2 \dots Y_m}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \dots y_m}}.$$

Expressiones uncis inclusae variabilium $x_1, x_2 \dots x_m$ et $y_{m+1}, y_{m+2} \dots y_n$ tantum positivas dignitates continent, uti per assignatum evolutionis modum liquet. Hinc cum eos tantum consideremus terminos, qui a variabilibus illis non pendent, in expressionibus $X_{m+1}, X_{m+2} \dots X_n$ ponere licet $x_1 = x_2 \dots x_m = 0$, in expressionibus $Y_1, Y_2 \dots Y_m$ ponere licet $y_{m+1} = y_{m+2} \dots = y_n = 0$. Quo facto patet e (9.), (10.), fore

$$\left[\frac{1}{X_{m+1} X_{m+2} \dots X_n}\right]_{\frac{1}{x_{m+1} x_{m+2} \dots x_n}} = \frac{1}{\Sigma \pm \alpha_{m+1}^{(m+1)} \alpha_{m+2}^{(m+2)} \dots \alpha_n^{(n)}},$$

$$\left[\frac{1}{Y_1 Y_2 \ldots . Y_n}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \ldots . y_n}} = \frac{1}{\Sigma \pm \beta_1' \beta_2'' \ldots . \beta_m^{(m)}}.$$

Unde habemus

$$\frac{1}{\Sigma \pm \alpha_{m+1}^{(m+1)} \alpha_{m+2}^{(m+2)} \ldots . \alpha_n^{(n)}} = \frac{A^{m-1}}{\Sigma \pm \beta_1' \beta_2'' \ldots . \beta_m^{(m)}},$$

quae est formula (6.).

Formula (9.) aut (10.) prae ceteris attentione digna videtur; aliam eius infra videbimus applicationem.

7.

Conditioni primae, ut fiat

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \ldots . + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \ldots . + y_n y_n,$$

si adiungimus alteram, ut data functio homogenea secundi ordinis in aliam abeat, quae solis quadratis variabilium constat, problema determinatum esse vidimus. Iam varias examinemus relationes, quae ex hac nova conditione ortum ducunt.

Si V data functio transformanda; sint termini eius in $x_\varkappa x_\lambda$, $x_\varkappa x_\varkappa$ ducti

$$2 a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda, \quad a_{\varkappa,\varkappa} x_\varkappa x_\varkappa,$$

ubi supponimus

$$a_{\varkappa,\lambda} = a_{\lambda,\varkappa}.$$

Hinc functionem V ita repraesentare licet:

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda,$$

quo notationis modo intelligimus, sub signo summatorio numeris $\varkappa$, λ tribui valores 1, 2, ... n.

Sit functio transformata,

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \ldots . + G_n y_n y_n;$$

substitutis formulis

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \ldots . + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

si singulos terminos inter se comparamus, nanciscimur:

$$12. \quad a_{\varkappa,\lambda} = G_1 \alpha_\varkappa' \alpha_\lambda' + G_2 \alpha_\varkappa'' \alpha_\lambda'' + \ldots . + G_n \alpha_\varkappa^{(n)} \alpha_\lambda^{(n)},$$

quae valet formula, sive $\varkappa$, λ diversi, sive aequales sint.

Vidimus supra §. 4., eas existere inter coëfficientes propositos relationes, ut datis n aequationibus linearibus,

$$x_\varkappa = \alpha_\varkappa' y_1 + \alpha_\varkappa'' y_2 + \ldots . + \alpha_\varkappa^{(n)} y_n,$$

inde aliae n sequantur hae

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \ldots . + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

simulque fieri

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n.$$

Hinc, posito

$$x_\varkappa = a_{\varkappa,\lambda}, \quad y_m = G_m \alpha_\lambda^{(m)},$$

sequitur e (12.):

$$13. \quad G_m \alpha_\lambda^{(m)} = \alpha_1^{(m)} a_{1,\lambda} + \alpha_2^{(m)} a_{2,\lambda} + \dots + \alpha_n^{(m)} a_{n,\lambda},$$

porro

$$14. \quad a_{1,\lambda}^2 + a_{2,\lambda}^2 + \dots + a_{n,\lambda}^2 = G_1^2 \alpha'_\lambda \alpha'_\lambda + G_2^2 \alpha''_\lambda \alpha''_\lambda + \dots + G_n^2 \alpha_\lambda^{(n)} \alpha_\lambda^{(n)}.$$

De aequatione (13.) facile etiam hunc deducis generaliorem:

$$15. \quad a_{1,\varkappa} a_{1,\lambda} + a_{2,\varkappa} a_{2,\lambda} + \dots + a_{n,\varkappa} a_{n,\lambda} =$$
$$G_1^2 \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + G_2^2 \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda + \dots + G_n^2 \alpha_\varkappa^{(n)} \alpha_\lambda^{(n)},$$

quae et ipsa valet, sive $\varkappa$, λ diversi, sive aequales sint.

Ex eadem formula (13.) sequitur adhuc, advocatis formulis §. 4. propositis:

$$16. \quad G_1 \alpha'_\lambda . y_1 + G_2 \alpha''_\lambda . y_2 + \dots + G_n \alpha_\lambda^{(n)} . y_n = a_{1,\lambda} x_1 + a_{2,\lambda} . x_2 + \dots + a_{n,\lambda} x_n.$$

Positis in hac formula loco λ valoribus 1, 2, ... n et quadratis, quae inde prodeunt, aequationibus, obtines summando:

$$17. \quad \sum_\lambda [a_{1,\lambda} x_1 + a_{2,\lambda} x_2 + \dots + a_{n,\lambda} x_n]^2 =$$
$$G_1 G_1 . y_1 y_1 + G_2 G_2 . y_2 y_2 + \dots + G_n G_n y_n y_n.$$

Sequitur generalius de formula (16.), *in omnibus relationibus, quae inter variabiles* $x_1, x_2 \dots x_n$ *et variabiles* $y_1, y_2 \dots y_n$ *locum habent, loco* y_m, x_λ *simul statui posse* $G_m y_m$ *atque* $a_{1,\lambda} x_1 + a_{2,\lambda} x_2 \dots + a_{n,\lambda} x_n$. Quo facto ex. gr. (17.) e (1.) prodit. Quod si iteratis vicibus adhibetur theorema, expressionem

$$G_1^p y_1 y_1 + G_2^p y_2 y_2 \dots + G_n^p y_n y_n$$

per ipsas $x_1, x_2 \dots x_n$ exhibere licet, designante p numerum positivum. Adhibita enim substitutione indicata, de expressione illa provenit

$$G_1^{p+2} y_1 y_1 + G_2^{p+2} y_2 y_2 \dots + G_n^{p+2} y_n y_n.$$

Dati autem sunt expressionis illius valores per $x_1, x_2 \dots x_n$ exhibiti pro $p = 0$, $p = 1$.

Supponamus porro, e n aequationibus huiusmodi,

$$w_\lambda = a_{1,\lambda} x_1 + a_{2,\lambda} x_2 + \dots + a_{n,\lambda} x_n,$$

sequi per resolutionem:

$$x_\varkappa . \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = b_{\varkappa,1} w_1 + b_{\varkappa,2} w_2 + \dots + b_{\varkappa,n} w_n,$$

ubi per theorema notum fit rursus

$$b_{\varkappa,\lambda} = b_{\lambda,\varkappa} \text{ *)}.$$

---

*) Facile enim probatur generalius, quoties ex n aequationibus,

$$1. \quad w_\lambda = a_{1,\lambda} x_1 + a_{2,\lambda} x_2 + \dots + a_{n,\lambda} x_n,$$

sequantur n aequationes

Hinc posito e (16.):

$$w_\lambda = a'_\lambda . G_1 y_1 + a_\lambda . G_2 y_2 + \dots + a_\lambda^{(n)} . G_n y_n,$$

simulque loco x_x valorem eius,

$$x_x = a'_x y_1 + a''_x y_2 + \dots + a_x^{(n)} y_n,$$

comparando terminos in y_m ductos in utraque aequationis parte, nanciscimur:

$$a_x^{(m)} \Sigma \pm a_{1,1},\ a_{2,2} \dots a_{n,n} = G_m [b_{x,1} a_1^{(m)} + b_{x,2} a_2^{(m)} + \dots + b_{x,n} a_n^{(m)}].$$

Facile autem patet, quod infra probabimus §. 8., esse

$$18.\quad \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = G_1 G_2 \dots G_n,$$

unde habetur:

$$19.\quad G_1 G_2 \dots G_n . \frac{a_x^{(m)}}{G_m} = b_{x,1} a_1^{(m)} + b_{x,2} a_2^{(m)} + \dots + b_{x,n} a_n^{(m)}.$$

Ex hac formula memorabili comparata cum (13.) videmus, *in omnibus formulis assignatis, coëfficientibus $a_x^{(m)}$ iisdem manentibus, loco $a_{x,\lambda}$ poni posse:*

$$\frac{b_{x,\lambda}}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}} = \frac{b_{x,\lambda}}{G_1 G_2 \dots G_n},$$

dummodo simul loco G_m scribatur $\frac{1}{G_m}$. Quo facto igitur de valore expressionis

$$G_1^p y_1 y_1 + G_2^p y_2 y_2 \dots G_n^p y_n y_n,$$

per x_1, x_2 .... x_n exhibito deducis valorem ipsius

$$\frac{y_1 y_1}{G_1^p} + \frac{y_2 y_2}{G_2^p} \dots + \frac{y_n y_n}{G_n^p}.$$

Deducuntur ex. gr. e (19.) formulae sequentes, quae formulis (12.), (16.) respondent,

$$20.\quad \frac{b_{x,\lambda}}{G_1 G_2 \dots G_n} = \frac{a'_x a_\lambda}{G} + \frac{a''_x a''_\lambda}{G_2} + \dots + \frac{a_x^{(n)} a_\lambda^{(n)}}{G_n},$$

$$2.\quad x_x \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = b_{x,1} w_1 + b_{x,2} w_2 + \dots + b_{x,n} w_n;$$

etiam e n aequationibus sequentibus

$$3.\quad u_\lambda = a_{\lambda,1} v_1 + a_{\lambda,2} v_2 + \dots + a_{\lambda,n} v_n,$$

sequi has:

$$4.\quad v_x \Sigma \pm a'_1 a''_2 \dots a_n^{(n)} = b_{1,\lambda} u_1 + b_{2,\lambda} u_2 + \dots + b_{n,\lambda} u_n.$$

Nam ex aequationibus (1.), (3.) sequitur

$$5.\quad v_1 w_1 + v_2 w_2 + \dots + v_n w_n = u_1 x_1 + u_2 x_2 + \dots + u_n x_n.$$

Qua in formula substitutis aequationibus (2.), si comparamus in utraque aequationibus parte terminos in w_x ductos, habes aequationem (4.), quae probanda erat. Quoties $a_{x,\lambda} = a_{\lambda,x}$, quod in quaestione nostro locum habet, aequationes (1.), (3.) eaedem fiunt; unde etiam earum inversae (2.), (4.) eaedem fieri debent, sive

$$b_{x,\lambda} = b_{\lambda,x}.$$

Ceterum vix monitu eget, expressionem

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}$$

per eundem algorithmum formatam accipi, quo expressio Δ §. 6, nisi quod loco $a_\lambda^{(x)}$ hic inveniatur $a_{x,\lambda}$.

$$21.\quad \frac{b_{1,\lambda}x_1+b_{2,\lambda}x_2+\ldots+b_{n,\lambda}x_n}{G_1G_2\ldots G_n}=\frac{\alpha'_\lambda\cdot y_1}{G_1}+\frac{\alpha''_\lambda y_2}{G_2}+\ldots+\frac{\alpha^{(n)}_\lambda y_n}{G_n}.$$

De quibus facile etiam haec sequitur:

$$22.\quad \sum_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda = G_1G_2\ldots G_n\left[\frac{y_1y_1}{G_1}+\frac{y_2y_2}{G_2}+\ldots+\frac{y_ny_n}{G_n}\right],$$

quae formulae propositae respondet:

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda = G_1y_1y_1+G_2y_2y_2\ldots+G_ny_ny_n.$$

Porro de theoremate antecedente sive de (21.) sequitur, *in relationibus omnibus, quae inter variabiles* $x_1, x_2 \ldots. x_n$ *et variabiles* $y_1, y_2 \ldots. y_n$ *locum habent, simul loco* y_m *poni posse* $\frac{y_m}{G_m}$, *atque loco* x_λ,

$$\frac{b_{1,\lambda}x_1+b_{2,\lambda}x_2\ldots+b_{n,\lambda}x_n}{G_1G_2\ldots G_n}=\frac{b_{1,\lambda}x_1+b_{2,\lambda}x_2\ldots+b_{n,\lambda}x_n}{\sum\pm a_{1,1}a_{2,2}\ldots a_{n,n}},$$

Iam ipsam coëfficientium propositorum et quantitatum G_m afferamus determinationem.

8.

In aequatione (13.) si loco λ ponis valores $1, 2 \ldots. n$, habes n aequationes lineares sequentes inter n quantitates $\alpha_1^{(m)}, \alpha_2^{(m)} \ldots. \alpha_n^{(m)}$:

$$23.\quad \begin{cases} 0 = (a_{1,1}-G_m)\alpha_1^{(m)}+a_{2,1}\alpha_2^{(m)}+\ldots+a_{n,1}\alpha_n^{(m)}, \\ 0 = a_{1,2}\alpha_1^{(m)}+(a_{2,2}-G_m)\alpha_2^{(m)}+\ldots+a_{n,2}\alpha_n^{(m)}, \\ \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\ 0 = a_{1,n}\alpha_1^{(m)}+a_{2,n}\alpha_2^{(m)}+\ldots+(a_{n,n}-G_m)\alpha_n^{(m)}. \end{cases}$$

Quae aequationes cum terminis constantibus careant, ipsas $\alpha_1^{(m)}, \alpha_2^{(m)} \ldots. \alpha_n^{(m)}$ ex iis eliminare licet. Quo facto inter coëfficientes aequationum linearium (23.) invenitur aequatio conditionalis, cui valor ipsius G_m satisfaciat necesse est. Quae per notas eliminationis regulas invenitur

$$\Gamma = 0,$$

supponendo, expressionem Γ provenire de expressione

$$\sum\pm a_{1,1}a_{2,2}\ldots. a_{n,n},$$

terminis $a_{1,1}, a_{2,2} \ldots. a_{n,n}$ mutatis in

$$a_{1,1}-x,\; a_{2,2}-x,\; \ldots.\; a_{n,n}-x,$$

ac statuto $x = G_m$.

Si loco indicis m eius ponimus valores $1, 2 \ldots. n$, proveniunt e (23.) eiusmodi n systemata aequationum linearium; e quibus singulis nanciscimur, eliminatione incognitarum facta, aequationem conditionalem:

$$\Gamma = 0,$$

cui pro singulis valoribus ipsius m satisfieri debet, ponendo ipsius x valo-

res $G_1, G_2 \ldots\ldots G_n$. Unde quantitates illae $G_1, G_2 \ldots\ldots G_n$ ut radices aequationis $\Gamma = 0$ determinantur.

Patet e compositione assignata ipsius Γ, eius terminum ductum in summam ipsius x potestatem provenire ex unico termino

$$(a_{1,1}-x)(a_{2,2}-x)\ldots\ldots(a_{n,n}-x),$$

ideoque esse $(-1)^n x^n$. Unde habetur aequatio, respectu ipsius x identica,

$$\Gamma = (G_1-x)(G_2-x)\ldots\ldots(G_n-x).$$

De qua, posito $x=0$, prodit

$$G_1 G_2 \ldots\ldots G_n = \Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{n,n},$$

quae est formula (18.) supra apposita.

Quod attinet ipsam ipsius Γ formationem, observo, si signo summatorio S amplectamur expressiones *inter se diversas*, quae permutatis indicibus $1, 2, 3 \ldots\ldots n$ proveniunt, fieri:

$$\begin{aligned}\Gamma = \quad & \Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{n,n} \\ & -x S \Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{n-1,n-1} \\ & +x^2 S \Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{n-2,n-2} \\ & \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\ & \pm x^{n-2} S \Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \\ & \mp x^{n-1} S a_{1,1} \pm x^n.\end{aligned}$$

Qua in formula expressio

$$S.\Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{m,m}$$

designat summam $\frac{n(n-1)\ldots\ldots(n+1-m)}{1.2\ldots\ldots m}$ expressionum, quae e

$$\Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{m,m}$$

proveniunt, si in

$$a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{m,m}$$

loco indicum priorum simul ac posteriorum $1, 2, \ldots\ldots m$ scribimus omnibus modis, quibus fieri potest, m alios e numeris $1, 2, 3 \ldots\ldots n$.

9.

Postquam quantitates $G_1, G_2 \ldots\ldots G_n$ ut radices aequationis algebraicae n^{ti} ordinis inventae sunt, earum ope coëfficientes propositi determinantur. Nam una qualibet ex aequationibus (23.) ablegata, e reliquis $m-1$ aequationibus rationes, in quibus sunt quantitates $\alpha_1^{(m)}, \alpha_2^{(m)} \ldots\ldots \alpha_n^{(m)}$, per unicam G_m rationaliter exprimuntur. Quibus inventis, e (4.) quantitates ipsas obtines.

Eum in finem in expressionibus $b_{x,\lambda}$ §. 7. loco $a_{1,1}, a_{2,2} \ldots\ldots a_{n,n}$

$$a_{1,1}-G_m,\quad a_{2,2}-G_m,\quad \ldots\ldots\quad a_{n,n}-G_m,$$

quo mutetur $b_{\varkappa,\lambda}$ in $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$. Unde facile constat, cum sit $b_{\varkappa,\lambda} = b_{\lambda,\varkappa}$, etiam fore

$$24.\quad B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = B^{(m)}_{\lambda,\varkappa}.$$

Quibus statutis, de aequationibus (23.) ablegata λ^{ta} aequatione, e reliquis $n-1$ aequationibus per regulas notas algebraicas eruis:

$$25.\quad \alpha^{(m)}_1 : \alpha^{(m)}_2 \ldots\ldots \alpha^{(m)}_n = B^{(m)}_{1,\lambda} : B^{(m)}_{2,\lambda} \ldots\ldots B^{(m)}_{n,\lambda}.$$

Unde cum sit

$$\alpha^{(m)}_1 \alpha^{(m)}_1 + \alpha^{(m)}_2 \alpha^{(m)}_2 + \ldots\ldots + \alpha^{(m)}_n \alpha^{(m)}_n = 1,$$

habes

$$26.\quad \alpha^{(m)}_\varkappa = \frac{B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}}{\sqrt{(B^{(m)}_{1,\lambda} B^{(m)}_{1,\lambda} + B^{(m)}_{2,\lambda} B^{(m)}_{2,\lambda} + \ldots\ldots + B^{(m)}_{n,\lambda} B^{(m)}_{n,\lambda})}}.$$

Ita posito loco m, $\varkappa$ valores $1, 2 \ldots\ldots n$, coëfficientes omnes propositos per ipsas $G_1, G_2 \ldots\ldots G_n$ determinatos habes; et quidem $\alpha^{(m)}_1, \alpha^{(m)}_2 \ldots\ldots \alpha^{(m)}_n$ per unicam G_m, quarum adeo rationes per quantitatem illam rationaliter exhibentur.

De formula §. 4. tradita,

$$\alpha^{(m)}_1 \alpha^{(m')}_1 + \alpha^{(m)}_2 \alpha^{(m')}_2 + \ldots\ldots + \alpha^{(m)}_n \alpha^{(m')}_n = 0,$$

sequitur per (26.):

$$27.\quad B^{(m)}_{1,\lambda} B^{(m')}_{1,\lambda} + B^{(m)}_{2,\lambda} B^{(m')}_{2,\lambda} + \ldots\ldots + B^{(m)}_{n,\lambda} B^{(m')}_{n,\lambda} = 0.$$

De qua aequatione, observavit Cl. Cauchy, sequi, aequationis algebraicae propositae radices $G_1, G_2 \ldots\ldots G_n$ omnes esse reales. Sit enim, si fieri potest, G_m, $G_{m'}$ par coniugatum radicum imaginariarum, formae

$$G_m = L + M\sqrt{-1}, \quad G_{m'} = L - M\sqrt{-1};$$

cum $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$, $B^{(m')}_{\varkappa,\lambda}$ sint respective functiones eaedem quantitatum G_m, $G_{m'}$, etiam $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$, $B^{(m')}_{\varkappa,\lambda}$ erunt par coniugatum quantitatum imaginariarum, sive forma gaudebunt,

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = l + m\sqrt{-1}, \quad B^{(m')}_{\varkappa,\lambda} = l - m\sqrt{-1}.$$

Unde cum productum e binis conflatum $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} B^{(m')}_{\varkappa,\lambda}$ semper positivum sit, aequatio (27.) locum habere non potest. Qua de causa radices aequationis propositae imaginariae esse nequeunt.

Eadem de causa patet, quod supra tacita supposuimus, pro ipsis $G_1, G_2 \ldots\ldots G_n$ sumendas esse aequationis propositae radices *diversas*. Nam si ex. gr. pro G_m, $G_{m'}$ eandem radicem sumsisses, foret

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = B^{(m')}_{\varkappa,\lambda},$$

neque summa (27.) ut summa quadratorum evanescere posset.

Coëfficientes propositos aliter adhuc determinare licet atque fit per formulas (26.). Nam cum rationes, in quibus sunt quantitates $\alpha^{(m)}_1, \alpha^{(m)}_2 \ldots$ $\ldots \alpha^{(m)}_n$ non mutentur, singulis multiplicatis per eandem quantitatem $\alpha^{(m)}_\lambda$,

formulam (25.) etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$\alpha_1^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} : \alpha_2^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} \ldots : \alpha_n^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = B_{1,\lambda}^{(m)} : B_{2,\lambda}^{(m)} \ldots : B_{n,\lambda}^{(m)}.$$

Unde poni potest:

$$P_\lambda^{(m)}.\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = B_{\varkappa,\lambda}^{(m)},$$

De qua, permutatis $\varkappa$, λ, etiam haec provenit,

$$P_\varkappa^{(m)}.\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = B_{\lambda,\varkappa}^{(m)}.$$

Unde cum sit

$$B_{\varkappa,\lambda}^{(m)} = B_{\lambda,\varkappa}^{(m)},$$

sequitur:

$$P_\varkappa^{(m)} = P_\lambda^{(m)};$$

quam igitur quantitatem videmus pro indicibus omnibus inferioribus eundem valorem servare. Hinc loco $P_\lambda^{(m)}$ simpliciter scribemus $P^{(m)}$; quo facto habetur:

$$28. \quad P^{(m)}\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}.$$

Ipsam quantitatem $P^{(m)}$ determinare licet per aequationem

$$\alpha_1^{(m)}\alpha_1^{(m)} + \alpha_2^{(m)}\alpha_2^{(m)} + \ldots + \alpha_n^{(m)}\alpha_n^{(m)} = 1,$$

de qua, substitutis aequationibus (28.), deducitur

$$29. \quad P^{(m)} = B_{1,1}^{(m)} + B_{2,2}^{(m)} + \ldots + B_{n,n}^{(m)};$$

unde fit e (28.):

$$30. \quad \alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = \frac{B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}}{B_{1,1}^{(m)} + B_{2,2}^{(m)} + \ldots + B_{n,n}^{(m)}},$$

quae formula perinde valet, sive $\varkappa$, λ diversi, sive iidem sint numeri. De hac formula ipsum $\alpha_\varkappa^{(m)}$ habes, posito $\lambda = \varkappa$ et radice extracta, cuius signum arbitrarium est; deinde de valore ipsius $\alpha_\varkappa^{(m)}$ e (30.) reliquos coëfficientes $\alpha_1^{(m)}$, $\alpha_2^{(m)}$ etc. deducis, ponendo $\lambda = 1, 2$ etc.

Adnotemus adhuc formulas, quae e (30.) fluunt sequentes:

$$31. \quad B_{\varkappa,\lambda}^{(m)} B_{\varkappa',\lambda'}^{(m)} = B_{\varkappa,\lambda'}^{(m)} B_{\varkappa',\lambda}^{(m)},$$

unde quoties $\lambda = \varkappa$, $\lambda' = \varkappa'$,

$$32. \quad B_{\varkappa,\varkappa}^{(m)} B_{\varkappa',\varkappa'}^{(m)} = B_{\varkappa,\varkappa'}^{(m)2}.$$

Alia adhuc ratione formulas (28.) sive (30.) non ineleganter deducis de formula supra tradita (20.):

$$b_{\varkappa,\lambda} = G_1 G_2 \ldots G_n \left[\frac{\alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda}{G_1} + \frac{\alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda}{G_2} + \ldots + \frac{\alpha_\varkappa^{(n)}\alpha_\lambda^{(n)}}{G_n}\right].$$

Quod fit per considerationem sequentem.

Supponamus enim, in functione data V augeri constantes

$$a_{1,1}, \; a_{2,2} \ldots a_{n,n}$$

omnes eadem quantitate ξ, unde ipsa V augebitur expressione

$$\xi[x_1 x_1 + x_2 x_2 + \ldots + x_n x_n];$$

ideoque expressio transformata

$$V = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \dots + G_n y_n y_n$$

augebitur quantitate

$$\xi[y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n] = \xi[x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n].$$

Videmus igitur, *constantibus* $a_{1,1}$, $a_{2,2}$, ... $a_{n,n}$ *auctis omnibus eadem quantitate* ξ, *etiam quantitates* G_1, G_2 .... G_n *omnes eadem quantitate* ξ *augeri, coëfficientibus* $\alpha_x^{(m)}$ *iisdem manentibus.*

Sit iam $\xi = -G_m$, sive mutentur quantitates $a_{1,1}$, $a_{2,2}$ .... $a_{n,n}$ in $a_{1,1} - G_m$, $a_{2,2} - G_m$, ... $a_{n,n} - G_m$, simulque quantitates G_1, G_2 .... G_n in $G_1 - G_m$, $G_2 - G_m$, ... $G_n - G_m$. Quo facto in altera parte aequationis allegatae abit $b_{x,\lambda}$ in $B_{x,\lambda}^{(m)}$ in altera evanescunt termini omnes, nisi terminus

$$G_1 G_2 \dots G_n \cdot \frac{\alpha_x^{(m)} \alpha_\lambda^{(m)}}{G_m},$$

qui in sequentem abit,

$$33.\quad (G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \dots (G_n - G_m) \alpha_x^{(m)} \alpha_\lambda^{(m)} = B_{x,\lambda}^{(m)},$$

ubi in producto

$$(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \dots (G_n - G_m),$$

factorem evanescentem $G_m - G_m$ omittis; quod in eiusmodi productis in sequentibus quoque tacite supponemus.

Aequationem (18.) etiam de (12.) deducere licet, quippe quae suggerit identice:

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = G_1 G_2 \dots G_n (\Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha_n^{(n)})^2,$$

de qua formula e (7.) ipsa (18.) sequitur. Demonstrata (18.), per considerationes antecedentes ex ea statim aequationem generaliorem deducis:

$$= (G_1 - x)(G_2 - x) \dots (G_n - x).$$

Unde habetur demonstratio maxime directa, pro G_1, G_2 .... G_n statuendas esse aequationis $\Gamma = 0$ radices *diversas.*

Comparata (33.) cum (28.), (30.), prodit:

$$34.\quad P^{(m)} = (G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \dots (G_n - G_m) = B_{1,1}^{(m)} + B_{2,2}^{(m)} + \dots + B_{n,n}^{(m)}.$$

Notum est, haberi

$$(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \dots (G_n - G_m) = -\Gamma'_m,$$

siquidem statuitur

$$\Gamma'_m = \frac{\partial \Gamma}{\partial x},$$

post differentiationem posito $x = G_m$. Hinc habetur etiam e (34.):

$$35.\quad -\Gamma'_m = B_{1,1}^{(m)} + B_{2,2}^{(m)} + \dots + B_{n,n}^{(m)},$$

Porro e (30.) sive (33.) habes:

$$36.\quad \alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = -\frac{B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}}{\Gamma'_m}.$$

10.

Alio modo valde singulari exhibeamus iam expressiones $\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)}$, videlicet per differentialia partialia ipsius G_m, sumta secundum constantes $a_{\varkappa,\lambda}$, quae datam functionem V afficiunt.

Revocemus aequationem, cui satisfieri debet:

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \dots + G_n y_n y_n;$$

in qua, si substituimus valores ipsarum $x_\varkappa$,

$$x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \dots + \alpha_\varkappa^{(n)} y_n,$$

singulos comparando terminos nanciscimur:

$$37.\quad \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\,\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m')} = 0,$$

$$38.\quad \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\,\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = G_m.$$

Iam aequationem (38.) differentiemus.

Eum in finem observo, esse

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\,\partial.\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = 2\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\,\alpha_\varkappa^{(m)}\partial\alpha_\lambda^{(m)} = 2\sum_\lambda [\partial\alpha_\lambda^{(m)}.\sum_\lambda a_{\varkappa,\lambda}\alpha_\varkappa^{(m)}],$$

ideoque e (13.):

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\,\partial.\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = 2\,G_m\sum_\lambda \alpha_\lambda^{(m)}\partial\alpha_\lambda^{(m)},$$

unde e (4.)

$$39.\quad \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\,\partial.\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = 0.$$

Itaque in differentiatione expressionis

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\,\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)}$$

variationi coëfficientium $\alpha_\varkappa^{(m)}$ supersederi potest, ut quae evanescit. Hinc differentiata (38.) secundum $a_{\varkappa,\lambda}$, habes, quoties $\varkappa$ et λ diversi sunt,

$$40.\quad 2\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = \frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}},$$

quoties $\varkappa = \lambda$:

$$41.\quad \alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\varkappa^{(m)} = \frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}.$$

Quae sunt formulae perelegantes.

Valorem ipsius $\frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}$ invenis ex aequatione $\Gamma = 0$,

$$42.\quad \frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}} = -\frac{\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}}{\Gamma'_m},$$

designante $\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\kappa,\lambda}}$ valorem ipsius $\frac{\partial \Gamma}{\partial a_{\kappa,\lambda}}$, post differentiationem posito $x = G_m$. Hinc fit

$$43. \quad 2\alpha_\kappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = -\frac{\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\kappa,\lambda}}}{\Gamma_m'},$$

$$44. \quad \alpha_\kappa^{(m)}\alpha_\kappa^{(m)} = -\frac{\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\kappa,\kappa}}}{\Gamma_m'}.$$

Quibus formulis comparatis cum (38.), habetur

$$45. \quad \begin{cases} 2B^{m}_{\kappa,\lambda} = \frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\kappa,\lambda}}, \\ B^{m}_{\kappa,\kappa} = \frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\kappa,\kappa}}. \end{cases}$$

Data occasione observo generaliter, si $a_{\kappa,\lambda}$ et $a_{\lambda,\kappa}$ inter se diversi sunt, propositis n aequationibus linearibus huiusmodi:

$$\begin{aligned} a_{1,1}x_1 + a_{1,2}x_2 \dots + a_{1,n}x_n &= v_1, \\ a_{2,1}x_1 + a_{2,2}x_2 \dots + a_{2,n}x_n &= v_2, \\ \dots\dots\dots & \\ a_{n,1}x_1 + a_{n,2}x_2 \dots + a_{n,n}x_n &= v_n, \end{aligned}$$

statuto
$$\Gamma = \Sigma \pm a_{1,1}a_{2,2}\dots a_{n,n},$$
sequi vice versa:

$$\begin{aligned} \Gamma x_1 &= \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{1,1}}v_1 + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{2,1}}v_2 + \dots + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{n,1}}v_n, \\ \Gamma x_2 &= \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{1,2}}v_1 + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{2,2}}v_2 + \dots + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{n,2}}v_n, \\ \dots\dots\dots & \\ \Gamma x_n &= \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{1,n}}v_1 + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{2,n}}v_2 + \dots + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{n,n}}v_n. \end{aligned}$$

Quoties $a_{\kappa,\lambda} = a_{\lambda,\kappa}$, differentialis $\frac{\partial \Gamma}{\partial a_{\kappa,\lambda}}$ semisse tantum sumi debet, si κ et λ diversi sunt. Quo casu, posito insuper $a_{1,1} - G_m$, $a_{2,2} - G_m$, ..., $a_{n,n} - G_m$ loco $a_{1,1}$, $a_{2,2}$ .... $a_{n,n}$, e theoremate illo fluunt formulae (45.).

Statuamus

$$G_1^p y_1 y_1 + G_2^p y_2 y_2 \dots + G_n^p y_n y_n = \sum_{\kappa,\lambda} p_{\kappa,\lambda} x_\kappa x_\lambda,$$

ubi
$$G_1^p \alpha_\kappa' \alpha_\lambda' + G_2^p \alpha_\kappa'' \alpha_\lambda'' \dots + G_n^p \alpha_\kappa^{(n)} \alpha_\lambda^{(n)} = p_{\kappa,\lambda}.$$

Quoties p est numerus integer, sive positivus, sive negativus, quantitates $p_{\kappa,\lambda}$ semper rationaliter per ipsas $a_{\kappa,\lambda}$ exprimere licet. Posito enim

$$P = \frac{G_1^{p+1} + G_2^{p+1} \dots + G_n^{p+1}}{p+1},$$

quantitatem P e regulis notis combinatoriis per coëfficientes aequationis nostrae $\Gamma = 0$ rationaliter determinare licet. Qua inventa, habes e (40.), (41.):

$$p_{\varkappa,\lambda} = \frac{\partial P}{2\partial a_{\varkappa,\lambda}},$$

$$p_{\varkappa,\varkappa} = \frac{\partial P}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}.$$

Si $p = -1$, statui debet

$$P = \log(G_1 G_2 \dots G_n) = \log \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}.$$

Qui casus fomulam (22.) suggerit.

11.

Cl. Cauchy loco citato in commentatione inscripta

„*sur l'équation, à l'aide de laquelle on détermine les inégalités séculaires etc.*"

problema, de quo hactenus egimus, tamquam problema *maximi minimive* consideravit; quo quaeruntur valores variabilium $x_1, x_2 \dots x_n$, pro quibus sit

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = 1,$$

simulque data functio V maximum minimumve valorem induat. Cuius problematis solutio e solutione nostra hunc in modum fluit.

Nam e conditione inter variabiles stabilita,

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n = 1,$$

sequitur

$$V = G_m + (G_1 - G_m) y_1 y_1 + (G_2 - G_m) y_2 y_2 + \dots + (G_n - G_m) y_n y_n.$$

Unde, si G_m est maxima quantitatum $G_1, G_2 \dots G_n$, erit G_m maximus valor ipsius V; quoties G_m est minima quantitatum $G_1, G_2 \dots G_n$, erit G_m minimus valor ipsius V. Quem induit V valorem, variabilibus y_1, y_2 etc. praeter y_m evanescentibus omnibus, undi fieri debet $y_m = 1$. Hinc autem prodeunt valores,

$$x_1 = \alpha_1^{(m)}, \quad x_2 = \alpha_2^{(m)}, \dots x_n = \alpha_n^{(m)}.$$

Unde videmus, investigationem valorum variabilium $x_1, x_2 \dots x_n$, qui ipsam V maximan minimamve reddant, eandem esse atque coëfficientium $\alpha_1^{(m)}, \alpha_2^{(m)} \dots \alpha_n^{(m)}$; atque investigationem valores maximi aut minimi ipsius V eandem atque quantitatum G_m.

Per regulas notas in theoria maximi et minimi, in auxilium vocato multiplicatore μ, determinantur valores quaesitos ipsarum $x_\varkappa$ per aequationes,

$$\frac{\partial V}{\partial x_1} = \mu x_1, \quad \frac{\partial V}{\partial x_2} = \mu x_2, \dots \frac{\partial V}{\partial x_n} = \mu x_n.$$

Fit autem

$$\frac{\partial V}{\partial x_\lambda} = 2[a_{\lambda,1} x_1 + a_{\lambda,2} x_2 + \ldots + a_{\lambda,n} x_n].$$

Unde habetur aequatio

$$\frac{u}{2} . x_\lambda = a_{\lambda,1} x_1 + a_{\lambda,2} x_2 + \ldots + a_{\lambda,n} x_n.$$

Quae eadem est atque (13.), si insuper ponitur $\frac{\mu}{2} = G_m$. Ad quas igitur aequationes quibus solutio problematis continetur, hic sine ullo calculo pervenitur.

12.

Sub finem formas quasdam speciales datae functionis transformandae V consideremus, pro quibus aequationi algebraicae, a cuius resolutione problema pendet, nec non valoribus coëfficientium substitutionis adhibendae maior concinnitas conciliatur.

Supponamus primum, datam functionem V compositam esse ex ipsis variabilium quadratis atque insuper e quadrato functionis linearis variabilium cuiuslibet; sive sit

$$V = A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 + \ldots + A_n x_n x_n + [a_1 x_1 + a_2 x_2 + \ldots + a_n x_n]^2.$$

Hoc casu fit

$$a_{x,x} = A_x + a_x a_x; \quad a_{x,\lambda} = a_x a_\lambda;$$

unde aequatio §. 7. proposita:

$$w_x = a_{x,1} x_1 + a_{x,2} x_2 + \ldots + a_{x,n} x_n,$$

in sequentem abit,

$$w_x = a_x u + A_x x_x,$$

siquidem statuitur.

$$u = a_1 x_1 + a_2 x_2 + \ldots + a_n x_n.$$

Hinc habetur

$$x_x = \frac{w_x - a_x u}{A_x},$$

quo valore ipsarum x_x in aequatione antecedente substituto, prodit

$$u = \frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \ldots + \frac{a_n w_n}{A_n} - \left[\frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \ldots + \frac{a_n a_n}{A_n}\right] u,$$

sive

$$Pu = \frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \ldots + \frac{a_n w_n}{A_n},$$

siquidem statuitur:

$$P = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \ldots + \frac{a_n a_n}{A_n}.$$

Hinc ipsam x_x per $w_1, w_2 \ldots w_n$ expressam habes per aequationem:

$$x_x = \frac{w_x}{A_x} - \frac{a_x}{P A_x}\left[\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \ldots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right],$$



unde multiplicatione facta per $A_1 A_2 \ldots A_n P$, fit

$$A_1 A_2 \ldots A_n . P . x_\varkappa = \frac{A_1 A_2 \ldots A_n}{A_\varkappa}\left[P w_\varkappa - a_\varkappa\left(\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \ldots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right)\right].$$

Hac aequatione comparata cum sequente, §. 7. proposita,

$$x_\varkappa . \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} = b_{\varkappa,1} w_1 + b_{\varkappa,2} w_2 + \ldots + b_{\varkappa,n} w_n$$

facile probatur, haberi:

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} = A_1 A_2 \ldots A_n . P,$$

unde etiam:

$$b_{\varkappa,\lambda} = -A_1 A_2 \ldots A_n . \frac{a_\varkappa a_\lambda}{A_\varkappa A_\lambda},$$

$$b_{\varkappa,\varkappa} = \frac{A_1 A_2 \ldots A_n}{A_\varkappa}\left[P - \frac{a_\varkappa a_\varkappa}{A_\varkappa}\right]$$

Quamvis enim utramque aequationem comparando, tantum aequalitatem habes fractionum:

$$\frac{b_{\varkappa,\lambda}}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}} = \frac{-\frac{A_1 A_2 \ldots A_n a_\varkappa a_\lambda}{A_\varkappa A_\lambda}}{A_1 A_2 \ldots A_n . P},$$

$$\frac{b_{\varkappa,\varkappa}}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}} = \frac{\frac{A_1 A_2 \ldots A_n}{A_n}\left(P - \frac{a_\varkappa a_\varkappa}{A_\varkappa}\right)}{A_1 A_2 \ldots A_n . P},$$

tamen, cum in singulis fractionibus numerator et denominator sint functiones integrae, quae factorem communem non habent, separatim aequales ponere licet numeratores et denominatores. Nam eo casu et numeratores et denominatores tantum factore numerico inter se differe possunt, quem factorem vel ex unius termini comparatione cognoscas. Ita habes in expressione $\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}$ unicum terminum $a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}$, de quo, posito $a_{\varkappa,\varkappa} = a_\varkappa a_\varkappa + A_\varkappa$; productum $A_1 A_2 \ldots A_n$ provenit; qui cum etiam sit terminus expressionis $A_1 A_2 \ldots A_n . P$, ex unius huius termini aequalitate cognoscis, nec factore numerico expressiones illas differre; ideoque, sicuti proposuimus, numeratores illos et denominatores exacte aequales esse. Demonstrationes similes in sequentibus brevitatis causa supprimo.

Demonstravimus §. 8., expressionem

$$\Gamma = (G_1 - x)(G_2 - x) \ldots (G_n - x)$$

prodire ex expressione $\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}$, mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa} - x$; quod casu nostro idem est ac si mutamus $A_\varkappa$ in $A_\varkappa - x$. Hinc cum substituto valore ipsius P habeatur:

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} = A_1 A_2 \ldots A_n\left[1 + \frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \ldots + \frac{a_n a_n}{A_n}\right],$$

obtinemus:

$$\Gamma = (G_1 - x)(G_2 - x) \ldots . (G_n - x)$$
$$= (A_1 - x)(A_2 - x) \ldots . (A_n - x)\left[1 + \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} + \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} + \ldots . + \frac{a_n a_n}{A_n - x}\right].$$

Unde eo casu, quem consideramus, aequatio n^{ti} gradus, cuius radices sunt $G_1, G_2, \ldots . G_n$, induit formam elegantem:

$$0 = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} + \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} + \ldots . + \frac{a_n a_n}{A_n - x}.$$

Statuimus porro §. 9., mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa} - G_m$, abire $b_{\varkappa,\lambda}$ in $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$; quod casu nostro idem est ac si mutetur $A_\varkappa$ in $A_\varkappa - G_m$; quo facto expressio P evanescit. Hinc, sive $\varkappa$, λ iidem sive diversi sint, e valoribus inventis ipsarum $b_{\varkappa,\lambda}$ habemus:

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = -a_\varkappa a_\lambda . \frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots . (A_n - G_m)}{(A_\varkappa - G_m)(A_\lambda - G_m)}.$$

Unde, inventis valoribus ipsarum $G_1, G_2, \ldots . G_n$, dantur per (33.) §. 9. coëfficientes propositi ope formulae generalis valde concinnae:

$$\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = -\frac{a_\varkappa a_\lambda}{(A_\varkappa - G_m)(A_\lambda - G_m)} . \frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots . (A_n - G_m)}{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots . (G_n - G_m)},$$

quae et ipsa valet formula, sive $\varkappa$, λ diversi sint, sive aequales.

Si valores expressionum $\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda$ per unicam G_m exhiberi placet, observo, differentiata aequatione

$$\frac{(G_1 - x)(G_2 - x) \ldots . (G_n - x)}{(A_1 - x)(A_2 - x) \ldots . (A_n - x)} = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} + \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} + \ldots . + \frac{a_n a_n}{A_n - x},$$

ac posito post differentiationem $x = G_m$, haberi:

$$-\frac{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots . (G_n - G_m)}{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots . (A_n - G_m)}$$
$$= \left(\frac{a_1}{A_1 - G_m}\right)^2 + \left(\frac{a_2}{A_2 - G_m}\right)^2 + \ldots . + \left(\frac{a_n}{A_n - G_m}\right)^2.$$

Unde fit:

$$\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = \frac{a_\varkappa a_\lambda}{(A_\varkappa - G_m)(A_\lambda - G_m)} . \frac{1}{\frac{a_1 a_1}{(A_1 - G_m)^2} + \frac{a_2 a_2}{(A_2 - G_m)^2} + \ldots . + \frac{a_n a_n}{(A_n - G_m)^2}}.$$

Posito $\lambda = \varkappa$, ex hac formula fluit:

$$\alpha^{(m)}_\varkappa = \frac{a_\varkappa}{A_\varkappa - G_m} \sqrt{\left(-\frac{A_1 - G_m . A_2 - G_m \ldots . A_n - G_m}{G_1 - G_m . G_2 - G_m \ldots . G_n - G_m}\right)}$$
$$= \frac{a_\varkappa}{A_\varkappa - G_m} . \frac{1}{\sqrt{\left(\frac{a_1 a_1}{(A_1 - G_m)^2} + \frac{a_2 a_2}{(A_2 - G_m)^2} + \ldots + \frac{a_n a_n}{(A_n - G_m)^2}\right)}}.$$

Unde *substitutio, qua adhibita obtinetur:*

$$A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 + \ldots . + A_n x_n x_n + (a_1 x_1 + a_2 x_2 \ldots . + a_n x_n)^2$$
$$= G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 \ldots . + G_n y_n y_n,$$

designantibus G_1, G_2 .... G_n radices aequationis:

$$0 = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} + \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} + \dots + \frac{a_n a_n}{A_n - x},$$

fit.

$$\sqrt{\left(\frac{a_1 a_1}{(A_1 - G_m)^2} + \frac{a_2 a_2}{(A_2 - G_m)^2} + \dots + \frac{a_n a_n}{(A_n - G_m)^2}\right)} \cdot y_m$$
$$= \frac{a_1 x_1}{A_1 - G_m} + \frac{a_2 x_2}{A_2 - G_m} + \dots + \frac{a_n x_n}{A_n - G_m}.$$

13.

Forma aequationis n^{ti} gradus:

$$0 = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} + \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} + \dots + \frac{a_n a_n}{A_n - x},$$

a cuius resolutione problema pendet, eo commodo gaudet, ut ipso intuitu pateat, radices eius omnes esse reales, adeoque earum limites assignari possint.

Statuamus, esse

$$A_1 > A_2 \dots > A_{n-1} > A_n,$$

ita ut

$$A_1 - A_2,\ A_2 - A_3,\ \dots\ A_{n-1} - A_n$$

sint quantitates positivae. Quo statuto, videmus, decrescente x a $A_\varkappa$ usque ad $A_{\varkappa+1}$, simul expressionem

$$1 + \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} + \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} + \dots + \frac{a_n a_n}{A_n - 1}$$

decrescere a $+\infty$ usque ad $-\infty$; unde inter $A_\varkappa$ et $A_{\varkappa+1}$ una certe radix aequationis propositae iacet. Porro decrescente x a $+\infty$ usque ad A_1, decrescit expressio proposita a $+1$ usque ad $-\infty$, unde etiam inter $+\infty$ et A_1 radix aequationis posita est. Hinc omnes aequationis propositae radices et reales sunt, et singulae positae sunt in singulis intervallis seriei

$$+\infty,\ A_1,\ A_2\ \dots\ A_n.$$

E limitibus assignatis facile etiam patet, quot aequationis propositae radices positivae, quot negativae sint. Statuamus eum in finem, e quantitatibus A_1, A_2 .... A_n esse m positivas, $n-m$ negativas, ita ut e quantitatibus A_m, A_{m+1} se proxime insequentibus altera positiva, altera negativa sit. Quo statuto, facile probatur, prout expressio

$$1 + \frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n a_n}{A_n}$$

aut positiva aut negativa sit, radicem inter A_m et A_{m+1} positam aut negativam aut positivam esse; ideoque e radicibus aequationis propositae aut esse m positivas, $n-m$ negativas, aut $m+1$ positivas, $n-m-1$ negativas.

[illegible]

$F = [illegible]$

[illegible]

[illegible] gradus. [illegible] quantitates [illegible]

[illegible]

14.

Si [illegible] problematis generalis pro $n-1$ variabilibus [illegible] supponis, [illegible] problema pro n variabilibus facile revocatur ad [illegible], quem antecedentibus consideravimus.

[illegible] functionem

$$F = \sum a_{ik} x_i x_k,$$

in qua ipsis $\varkappa$, λ valores omnes $1, 2 \ldots . n$ tribuuntur, ita repraesentari posse:

$$V = \left[\frac{a_{1,n}x_1 + a_{2,n}x_2 + \ldots . + a_{n-1,n}x_{n-1}}{m} + m x_n\right]^2 + (a_{n,n} - mm) x_n x_n$$
$$+ \sum_{\varkappa,\lambda}\left(a_{\varkappa,\lambda} - \frac{a_{\varkappa,n}a_{\lambda,n}}{mm}\right) x_\varkappa x_\lambda,$$

in qua expressione designat m factorem constantem prorsus arbitrarium, atque numeris $\varkappa$, λ tribuendi sunt valores $1, 2, \ldots . n-1$.

Jam per substitutiones lineares efficiamus:

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \ldots . + x_{n-1}x_{n-1} = \xi_1\xi_1 + \xi_2\xi_2 + \ldots . + \xi_{n-1}\xi_{n-1},$$
$$\sum_{\varkappa,\lambda}\left(a_{\varkappa,\lambda} - \frac{a_{\varkappa,n}a_{\lambda,n}}{mm}\right) x_\varkappa x_\lambda = F_1\xi_1\xi_1 + F_2\xi_2\xi_2 + \ldots . + F_{n-1}\xi_{n-1}\xi_{n-1}.$$

Unde functio V formam induit:

$$V = [c_1\xi_1 + c_2\xi_2 + \ldots . + c_{n-1}\xi_{n-1} + m x_n]^2$$
$$+ F_1\xi_1\xi_1 + F_2\xi_2\xi_2 + \ldots . + F_{n-1}\xi_{n-1}\xi_{n-1} + (a_{n,n} - mm) x_n x_n,$$

quae ipsa est forma ς, quam antecedentibus consideravimus. Unde si per transformationem secundam efficimus:

$$\xi_1\xi_1 + \xi_2\xi_2 + \ldots . + \xi_{n-1}\xi_{n-1} + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \ldots . + y_n y_n,$$

simulque:

$$V = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \ldots . + G_n y_n y_n;$$

duae substitutiones iunctae suppeditabunt propositam, eruntque G_1, G_2 ….
…. G_n radices aequationis n^{ti} gradus:

$$0 = 1 + \frac{c_1 c_1}{F_1 - x} + \frac{c_2 c_2}{F_2 - x} + \ldots . + \frac{c_{n-1}c_{n-1}}{F_{n-1} - x} + \frac{mm}{a_{n,n} - mm - x}.$$

Observavimus §o antecedente, ex eiusmodi aequatione vel ipso intuitu sequi, eius radices omnes esse reales, siquidem constantes, quae eam afficiunt, reales sunt. Unde per considerationes antecedentes demonstratum est, si problema pro $n-1$ variabilibus solutionem semper realem habet, etiam pro n variabilibus solutionem problematis semper realem fore. Hinc petitur demonstratio nova, quod problema propositum solutione semper reali gaudet, quippe quod pro valoribus $n = 2$, $n = 3$ facile probatur.

Quantitas m in antecedentibus prorsus arbitraria erat; consideramus casum, quo in infinitum crescit. Eo casu, si statuimus, expressionem

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots . a_{n-1,n-1},$$

mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa} - x$, abire in $B_{n,n}$, erunt F_1, F_2 …. F_{n-1} radices aequationis $B_{n,n} = 0$; porro $a_{n,n} - mm$ abit in $-\infty$. Iam vero e §o antecedente, siquidem F_1, F_2 …. F_{n-1} magnitudine se excipiunt, quantitates G_1, G_2 …. G_n positae erunt in intervallis seriei

$$+\infty,\ F_1,\ F_2\ \ldots.\ F_{n-1},\ a_{n,n}-mm$$

singulae in singulis. Unde, posito $m=\infty$, sequitur, radices aequationis $\Gamma=0$ sive quantitates G_1, G, ... G_n positas esse singulas inter binas radices aequationis $B_{n,n}=0$, magnitudine se proxime insequentes; praeter maximam, pro qua altera limes est $+\infty$, et minimam, pro qua altera limes est $-\infty$. Quod et ipsum alio modo demonstravit Cl. Cauchy. Idem etiam hunc in modum e formulis supra traditis derivari potest.

Sequitur enim ex algorithmis notis algebraicis, si notationem §i 7. rursus adhibemus, $b_{n,n}=\Sigma\pm a_{1,1}\,a_{2,2}\ldots.\,a_{n-1,n-1}$.
Unde, si ponitur $x=G_m$, abit $B_{n,n}$ in $B^{(m)}_{n,n}$. Erat autem

$$\alpha^{(m)}_n\,\alpha^{(m)}_n=-\frac{B_{n,n}}{\Gamma'},$$

siquidem $\Gamma'=\frac{\partial\Gamma}{\partial x}$, et post differentiationem ponitur $x=G_m$. Iam si in expressione Γ' substituimus loco x radices aequationis $\Gamma=0$ eo ordine, quo magnitudine se excipiunt, eius valores alternatim positivae et negativae fiunt, quod e theoria aequationum liquet. Unde, cum $\alpha^{(m)}_n\,\alpha^{(m)}_n$ semper positivum sit, etiam valores ipsius $B_{n,n}$ alternatim negativae et positivae erunt. Unde singulae radices aequationis $B_{n,n}=0$ positae sunt inter binas radices aequationis $\Gamma=0$ se proxime insequentes, ideoque vice versa singulae radices aequationis $\Gamma=0$ inter binas aequationis $B_{n,n}=0$, se proxime insequentes, advocatis insuper limitibus extremis $+\infty$ et $-\infty$.

Casu trium variabilium functio V in forma illam specialem, quam antecedentibus consideravimus, semper redigi potest. Sit enim:

$$V=l x_1x_1+m x_2x_2+n x_3x_3+2l'x_2x_3+2m'x_3x_1+2n'x_1x_2,$$

ac supponamus, $l'm'n'$ esse positivum; ubi $l'm'n'$ esset negativum, loco V tantum $-V$ considerari deberet. Expressione illa ipsius V comparata cum sequente,

$$V=A_1x_1x_1+A_2x_2x_2+A_3x_3x_3+(a_1x_1+a_2x_2+a_3x_3)^2,$$

habetur:

$$a_1=\sqrt{\left(\frac{m'n'}{l'}\right)},\quad a_2=\sqrt{\left(\frac{n'l'}{m'}\right)},\quad a_3=\sqrt{\left(\frac{l'm'}{n'}\right)},$$

$$A_1=l-\frac{m'n'}{l'},\quad A_2=m-\frac{n'l'}{m'},\quad A_3=n-\frac{l'm'}{n'}.$$

Hinc aequatio cubica resolvenda fit,

$$0=1+\frac{m'n'}{l'(l-x)-m'n'}+\frac{n'l'}{m'(m-x)-n'l'}+\frac{l'm'}{n'(n-x)-l'm'},$$

cuius radices ipso intuitu patet esse reales, quod olim non nisi per amba-

ges a viris doctis demonstratum fuit, cum eadem aequatio sub forma exhibita esset sequente,

$$0 = (l-x)(m-x)(n-x) - l'l'(l-x) - m'm'(m-x) - n'n'(n-x) + 2l'm'n'.$$

simulque patet ex illa forma, singulas radices positas esse inter binas quantitatum

$$\infty,\ l - \frac{m'n'}{l'},\quad m - \frac{n'l'}{m'},\quad n - \frac{l'm'}{n'},$$

magnitudine se proxime insequentes; atque prout quantitas

$$1 + \frac{m'n'}{l'l - m'n'} + \frac{n'l'}{m'm - n'l'} + \frac{l'm'}{n'n - l'm'}$$

aut positiva aut negativa sit, aut tot esse radices positivas, quot e quantitatibus

$$l - \frac{m'n'}{l'},\quad m - \frac{n'l'}{m'},\quad n - \frac{l'm'}{n'}$$

positivae sint, aut numerum radicum positivarum illo numero unitate maiorem esse. Hinc proposita aequatione superficiei secundi ordinis, ad coordinatas orthogonales relata, facillime diiudicas, an superficies sit ellipsoida, an hyperboloida continua, an hyperboloida bipartita.

15.

Supponamus porro, quod est alterum exemplum, functionem V praeter quadrata variabilium adhuc constare quadratis duarum functionum linearium variabilium; sive sit:

$$V = A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 + \ldots + A_n x_n x_n$$
$$+ [a_1 x + a_2 x_2 + \ldots + a_n x_n]^2 + [a'_1 x_1 + a'_2 x_2 + \ldots + a'_n x_n]^2.$$

Quo casu fit

$$a_{\varkappa,\varkappa} = A_\varkappa + a_\varkappa a_\varkappa + a'_\varkappa a'_\varkappa;$$
$$a_{\varkappa,\lambda} = a_\varkappa a_\lambda + a'_\varkappa a'_\lambda.$$

Hinc aequatio §. 7. proposita:

$$w_\varkappa = a_{\varkappa,1} x_1 + a_{\varkappa,2} x_2 + \ldots + a_{\varkappa,n} x_n,$$

haec fit:

$$w_\varkappa = A_\varkappa x_\varkappa + a_\varkappa u + a'_\varkappa u',$$

siquidem statuitur:

$$u = a_1 x_1 + a_2 x_2 + \ldots + a_n x_n,$$
$$u' = a'_1 x_1 + a'_2 x_2 + \ldots + a'_n x_n.$$

Hinc habetur:

$$x_\varkappa = \frac{1}{A_\varkappa}[w_\varkappa - a_\varkappa u - a'_\varkappa u'].$$

Quibus valoribus ipsarum $x_\varkappa$ in expressionibus ipsarum u, u' substitutis, prodit:

$$\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n w_n}{A_n} = P u + P_1 u',$$
$$\frac{a'_1 w_1}{A_1} + \frac{a'_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a'_n w_n}{A_n} = P_1 u + P_{1,1} u',$$

siquidem ponitur:

$$P = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n a_n}{A_n},$$
$$P_1 = \frac{a_1 a'_1}{A_1} + \frac{a_2 a'_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n a'_n}{A_n},$$
$$P_{1,1} = 1 + \frac{a'_1 a'_1}{A_1} + \frac{a'_2 a'_2}{A_2} + \dots + \frac{a'_n a'_n}{A_n}.$$

E duabus illis aequationibus fit:

$$[PP_{1,1} - P_1 P_1] u = P_{1,1}\left[\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right]$$
$$- P_1 \left[\frac{a'_1 w_1}{A_1} + \frac{a'_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a'_n w_n}{A_n}\right],$$
$$[PP_{1,1} - P_1 P_1] u' = P \left[\frac{a'_1 w_1}{A_1} + \frac{a'_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a'_n w_n}{A_n}\right]$$
$$- P_1 \left[\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right].$$

Substitutis autem valoribus ipsarum P, P_1, $P_{1,1}$, habetur:

$$PP_{1,1} - P_1 P_1 = 1 + \sum_{\varkappa} \frac{a_\varkappa a_\varkappa + a'_\varkappa a'_\varkappa}{A_\varkappa} + \sum_{\varkappa,\lambda} \frac{(a_\varkappa a'_\lambda - a_\lambda a'_\varkappa)^2}{A_\varkappa A_\lambda},$$

positis pro $\varkappa$, λ valoribus $1, 2 \dots n$.

Valores ipsarum u, u' inventos si in expressione ipsius $x_\varkappa$ supra exhibito substituimus, prodit:

$$x_\varkappa = \frac{w_\varkappa}{a_\varkappa} - \frac{a_\varkappa P_{1,1} - a'_\varkappa P_1}{A_\varkappa (PP_{1,1} - P_1 P_1)}\left[\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right]$$
$$- \frac{a'_\varkappa P - a_\varkappa P_1}{A_\varkappa (PP_{1,1} - P_1 P_1)}\left[\frac{a'_1 w_1}{A_1} + \frac{a'_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a'_n w_n}{A_n}\right].$$

Qua aequatione comparata cum hac §. 7. proposita:

$$x_\varkappa = \frac{b_{\varkappa,1} w_1 + b_{\varkappa,2} w_2 + \dots + b_{\varkappa,n} w_n}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}},$$

per eandem ratiocinationem, qua §. 12. usi sumus, obtinemus:

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = A_1 A_2 \dots A_n [PP_{1,1} - P_1 P_1],$$
$$b_{\varkappa,\varkappa} = \frac{A_1 A_2 \dots A_n}{A_\varkappa}\left[PP_{1,1} - P_1 P_1 - \frac{a'_\varkappa a'_\varkappa P - 2 a'_\varkappa a_\varkappa P_1 + a_\varkappa a_\varkappa P_{1,1}}{A_\varkappa}\right],$$
$$b_{\varkappa,\lambda} = -\frac{A_1 A_2 \dots A_n}{A_\varkappa A_\lambda}[a'_\varkappa a'_\lambda P - (a'_\varkappa a_\lambda + a'_\lambda a_\varkappa) P_1 + a_\varkappa a_\lambda P_{1,1}].$$

Fit autem ipsarum P, P_1, $P_{1,1}$ valoribus substitutis, sive $\varkappa$, λ diversi sint, sive iidem.

$$a'_\varkappa a'_\lambda + P - (a'_\varkappa a_\lambda + a'_\lambda a_\varkappa)P_1 + a_\varkappa a_\lambda P_{1,1} =$$
$$a'_\varkappa a'_\lambda + a_\varkappa a_\lambda + \sum_\mu \frac{(a_\varkappa a'_\mu - a'_\varkappa a_\mu)(a_\lambda a'_\mu - a'_\lambda a_\mu)}{A_\mu},$$

siquidem in summa assignata loco μ ponuntur valores $1, 2, \dots n$.

His praemissis, cum e §. 8., mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa}-x$, abeat

$$\sum \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}$$

in

$$\Gamma = (G_1-x)(G_2-x)\dots(G_n-x),$$

habetur e valore adstructo ipsius $\sum\pm a_{1,1}a_{2,2}\dots a_{n,n}$, mutato $A_\varkappa$ in $A_\varkappa - x$:

$$\Gamma = (G_2-x)(G_2-x)\dots(G_n-x) =$$
$$(A_1-x)(A_2-x)\dots(A_n-x)\left[1+\sum_\varkappa \frac{a_\varkappa a_\varkappa + a'_\varkappa a'_\varkappa}{A_\varkappa - x} + \sum_{\varkappa,\lambda}\frac{(a_\varkappa a_\lambda - a_\lambda a'_\varkappa)^2}{(A_\varkappa-x)(A_\lambda-x)}\right].$$

Unde determinantur G_1, G_2, ... G_n ut radices aequationis:

$$0 = 1 + \sum_\varkappa \frac{a_\varkappa a_\varkappa + a'_\varkappa a'_\varkappa}{A_\varkappa - x} + \sum_{\varkappa,\lambda}\frac{(a_\varkappa a'_\lambda - a_\lambda a'_\varkappa)^2}{(A_\varkappa-x)(A_\lambda-x)}.$$

Porro statuimus §. 9. mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa}-G_m$, abire $b_{\varkappa,\lambda}$ in $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$; unde casu nostro mutato $A_\varkappa$ in $A_\varkappa - G_m$, e valoribus ipsius $b_{\varkappa,\varkappa}$, $b_{\varkappa,\lambda}$ adstructis habetur:

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = -\frac{(A_1-G_m)\dots(A_n-G_m)}{(A_\varkappa-G_m)(A_\lambda-G_m)}\left[a_\varkappa a_\lambda + a'_\varkappa a'_\lambda + \sum_\mu \frac{(a_\varkappa a'_\mu - a'_\varkappa a_\mu)(a_\lambda a'_\mu - a'_\lambda a_\mu)}{A_\mu - x}\right].$$

Quae formula valet, sive diversi sive aequales sint numeri $\varkappa$, λ, cum mutato $A_\varkappa$ in $A_\varkappa - G_m$ expressio $PP_{1,1} - P_1P_1$ evanescat.

E valore ipsius $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$ invento sequitur per (33.) § 9.:

$$a^{(m)}_\varkappa a^{(m)}_\lambda = -\frac{(A_1-G_m)\dots(A_n-G_m)}{(A_\varkappa-G_m)(A_\lambda-G_m)}\cdot\frac{a'_\varkappa a'_\lambda + a_\varkappa a_\lambda + \sum_\mu \frac{(a_\varkappa a'_\mu - a'_\varkappa a_\mu)(a_\lambda a'_\mu - a'_\lambda a_\mu)}{A_\mu - G_m}}{(G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m)},$$

quae et ipsa perinde valet formula, sive $\varkappa$, λ diversi, sive aequales sint. Qua formula, postquam quantitates G_m per resolutionem aequationis algebraicae adstructae determinatas habes, coëfficientes propositi determinantur.

Eadem manet methodus, si functio V praeter quadrata variabilium adhuc quadratis trium quarumlibet aut plurium functionum linearium variabilium constat.

16.

Sub finem breviter adhuc agamus de casu, quo functio V gaudet

$V = A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 + \ldots + A_n x_n x_n + 2 x_n (a_1 x_1 + a_2 x_2 + \ldots + a_{n-1} x_{n-1})$; sive in ipsa V praeter quadrata variabilium tantum unius x_n producta in reliquas inveniuntur. Ad quam formam functionem V facile revocas, si pro $n-1$ variabilibus problema solutum accipis.

Ex aequatione §i 7., qua quantitates w_x per x_x exhibentur, habemus casu proposito:

$$w_x = A_x x_x + a_x x_n,$$
$$w_n = A_n x_n + a_1 x_1 + a_2 x_2 + \ldots + a_{n-1} x_{n-1},$$

ubi numero x tribuendi sunt valores 1, 2 .... $n-1$. Hinc sequitur:

$$x_x = \frac{1}{A_x}[w_x - a_x x_n],$$

qua expressione in valore ipsius w_n substituta, et posito

$$Q = A_n - \frac{a_1 a_1}{A_1} - \frac{a_2 a_2}{A_2} \ldots - \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{A_{n-1}},$$

determinatur x_n per quantitates w_x ope aequationis:

$$Q . x_n = w_n - \frac{a_1 w_1}{A_1} - \frac{a_2 w_2}{A_2} \ldots - \frac{a_{n-1} w_{n-1}}{A_{n-1}},$$

unde

$$Q x_x = \frac{Q}{A_x} . w_x - \frac{a_x}{A_x}\left[w_n - \frac{a_1 w_1}{A_1} - \frac{a_2 w_2}{A_2} \ldots - \frac{a_{n-1} w_{n-1}}{A_{n-1}}\right].$$

Qua aequatione et antecedente comparatis cum ea, qua vice versa quantitates x_m per w_m exprimi statuimus:

$$(\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}) x_x = b_{x,1} w_1 + b_{x,2} w_2 + \ldots + b_{x,n} w_n,$$

obtinetur per eandem ratiocinationem, qua supra usi sumus:

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} = A_1 A_2 \ldots A_{n-1} . Q$$
$$= A_1 A_2 \ldots A_{n-1}\left[A_n - \frac{a_1 a_1}{A_1} - \frac{a_2 a_2}{A_2} \ldots - \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{A_{n-1}}\right].$$
$$b_{x,\lambda} = \frac{A_1 A_2 \ldots A_{n-1}}{A_x A_\lambda} . a_x a_\lambda;$$
$$b_{x,x} = \frac{Q}{A_x} + \frac{A_1 A_2 \ldots A_{n-1}}{A_x A_x} . a_x a_x,$$
$$b_{x,n} = -\frac{A_1 A_2 \ldots A_{n-1}}{A_x} . a_x,$$
$$b_{n,n} = A_1 A_2 \ldots A_{n-1}.$$

ubi numeris x, λ valores conveniunt 1, 2 .... $n-1$.

Ex his valoribus sequitur mutato $a_{x,x}$ in $a_{x,x} - x$ sive A_x in $A_x - x$:

$$\Gamma = (G_1 - x)(G_2 - x) \ldots (G_n - x)$$
$$= (A_1 - x)(A_2 - x) \ldots (A_{n-1} - x)\left[A_n - x - \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} - \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} \ldots - \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{A_{n-1} - x}\right],$$

unde sunt G_1, G_2 .... G_n radices aequationis:

$$0 = A_n - x - \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} - \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} \cdots - \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{A_{n-1} - x}.$$

Porro mutato $a_{x,x}$ in $a_{x,x} - G_m$ sive A_x in $A_x - G_m$, prodeunt aequationes:

$$B_{x,\lambda}^{(m)} = \frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m)}{(A_x - G_m)(A_\lambda - G_m)} \cdot a_x a_\lambda,$$

$$B_{x,n}^{(m)} = -\frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m)}{(A_x - G_m)} \cdot a_x,$$

$$B_{n,n}^{(m)} = (A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m),$$

in quarum prima x, λ sive iidem sive diversi statui possunt. De quibus fluunt sequentes:

$$\alpha_x^{(m)} \alpha_\lambda^{(m)} = \frac{a_x a_\lambda}{(A_x - G_m)(A_\lambda - G_m)} \cdot \frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m)}{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots (G_n - G_m)},$$

$$\alpha_x^{(m)} \alpha_n^{(m)} = -\frac{a_x}{A_x - G_m} \cdot \frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m)}{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots (G_n - G_m)},$$

$$\alpha_n^{(m)} \alpha_n^{(m)} = \frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m)}{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots (G_n - G_m)}.$$

Unde coëfficientes propositi fiunt:

$$\alpha_n^{(m)} = \sqrt{\left(\frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m)}{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots (G_n - G_m)}\right)},$$

$$\alpha_x^{(m)} = -\frac{a_x}{A_x - G_m} \sqrt{\left(\frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_{n-1} - G_m)}{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots (G_n - G_m)}\right)}.$$

Quae sunt formulae satis concinnae.

De formulis illis sequitur etiam:

$$\alpha_x^{(m)} = -\frac{a_x \alpha_n^{(m)}}{A_x - G_m},$$

unde *substitutiones adhibendae, quarum ope fiat:*

$$A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 \ldots + A_n x_n x_n + 2 x_n (a_1 x_1 + a_2 x_2 \ldots + a_{n-1} x_{n-1})$$
$$= G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 \ldots + G_n y_n y_n,$$

designantibus $G_1, G_2 \ldots G_n$ *radices aequationis,*

$$0 = A_n - x - \frac{a_1 a_1}{A_1 - x} - \frac{a_2 a_2}{A_2 - x} \cdots - \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{A_{n-1} - x},$$

nanc formam concinnam induunt:

$$y_m = -\alpha_n^{(m)} \left[\frac{a_1 x_1}{A_1 - G_m} + \frac{a_2 x_2}{A_2 - G_m} + \ldots + \frac{a_{n-1} x_{n-1}}{A_{n-1} - G_m} - x_n\right],$$

posito:

$$\alpha_n^{(m)} = \sqrt{\frac{(A_1 - G_m)(A_2 - G_m) \ldots (A_n - G_m)}{(G_1 - G_m)(G_2 - G_m) \ldots (G_n - G_m)}}.$$

Aequationem propositam, cuius radices sunt $G_1, G_2 \ldots G_n$, vel ipso intuitu patet, radices omnes habere reales, easque singulas positas iu intervallis seriei:

$$+\infty, A_1, A_2 \ldots, A_{n-1}, -\infty,$$

siquidem statuitur $A_1 > A_2 \ldots > A_{n-2} > A_{n-1}$.

His transactis, iam demonstremus, quomodo per quantitates imaginarias in usum vocatas de quaestionibus propositis algebraicis deducatur transformatio singularis integralis multiplicis quam sequente problemate proponemus.

Problema II.

„Statuatur, inter $n-1$ variabiles $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_n$, quarum summa „quadratorum $= 1$, aliasque $v_1, v_2 \dots v_{n-1}$, quarum summa quadra„torum et ipsa $= 1$, locum habere aequationes huiusmodi:

$$„v_1 = \frac{\alpha' - \alpha'_1 \xi_1 - \alpha'_2 \xi_2 \dots - \alpha'_n \xi_n}{\alpha - \alpha_1 \xi_1 - \alpha_2 \xi_2 \dots - \alpha_n \xi_n},$$

$$„v_2 = \frac{\alpha'' - \alpha''_1 \xi_1 - \alpha''_2 \xi_2 \dots - \alpha''_n \xi_n}{\alpha - \alpha_1 \xi_1 - \alpha_2 \xi_2 \dots - \alpha_n \xi_n},$$

. . . .

$$„v_n = \frac{\alpha^{(n)} - \alpha_1^{(n)} \xi_1 - \alpha_2^{(n)} \xi_2 \dots - \alpha_n^{(n)} \xi_n}{\alpha - \alpha_1 \xi_1 - \alpha_2 \xi_2 \dots - \alpha_n \xi_n};$$

„sit porro W data functio quaelibet secundi ordinis variabilium ξ_1, „$\xi_2 \dots \xi_n$; proponitur, integrale $(n-2)$tuplum

$$„\int^{n-2} \frac{\partial \xi_1 \, \partial \xi_2 \dots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1} W^{\frac{n-2}{2}}}$$

per dictas substitutiones transformare in aliud huiusmodi,

$$„\int^{n-2} \frac{\partial v_1 \, \partial v_2 \dots \partial v_{n-2}}{v_{n-1} [G - G_1 v_1 v_1 - G_2 v_2 v_2 \dots - G_{n-1} v_{n-1} v_{n-1}]^{\frac{n-2}{2}}}."$$

17.

Supponamus, ipsi x tributis valoribus $1, 2 \dots n-1$, in formulis antecedentis problematis esse:

$$1. \quad \frac{x_x}{x_n} = -i\xi_x, \quad \frac{y_x}{y_n} = i v_x,$$

ubi $i = \sqrt{-1}$. Unde formula

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n$$

abit in hanc:

$$2. \quad 1 - \xi_1 \xi_1 - \xi_2 \xi_2 - \dots - \xi_{n-1} \xi_{n-1} = \frac{y_n y_n}{x_n x_n} (1 - v_1 v_1 - v_2 v_2 - \dots - v_{n-1} v_{n-1}).$$

Porro loco $\alpha_n^{(x)}$, $\alpha_x^{(n)}$, $\alpha_n^{(n)}$ scribamus $i\alpha^{(x)}$, $-i\alpha_x$, α; quo facto e formulis, quae de substitutionibus in problemate antecedente adhibitis fluunt,

$$\frac{y_x}{y_n} = \frac{\alpha_1^{(x)} x_1 + \alpha_2^{(x)} x_2 + \dots + \alpha_n^{(x)} x_n}{\alpha_1^{(n)} x_1 + \alpha_2^{(n)} x_2 + \dots + \alpha_n^{(n)} x_n},$$

$$\frac{x_x}{x_n} = \frac{\alpha'_x y_1 + \alpha''_x y_2 + \dots + \alpha^{(n)}_x y_n}{\alpha'_n y_1 + \alpha''_n y_2 + \dots + \alpha^{(n)}_n y_n},$$

habentur formulae:

$$3.\quad \begin{cases} v_x = \dfrac{\alpha^{(x)} - \alpha^{(x)}_1 \xi_1 - \alpha^{(x)}_2 \xi_2 \dots - \alpha^{(x)}_{n-1} \xi_{n-1}}{\alpha - \alpha_1 \xi_1 - \alpha_2 \xi_2 \dots - \alpha_{n-1} \xi_{n-1}}, \\ \xi_x = \dfrac{\alpha_x - \alpha'_x v_1 - \alpha''_x v_2 \dots - \alpha^{(n-1)}_x v_{n-1}}{\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \dots - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}}; \end{cases}$$

nec non de hac:

$$\frac{y_n}{x_n} = \frac{\alpha^{(n)}_1 x_1 + \alpha^{(n)}_2 x_2 + \dots + \alpha^{(n)}_n x_n}{x_n} = \frac{y_n}{\alpha'_n y_1 + \alpha''_n y_2 + \dots + \alpha^{(n)}_n x_n},$$

fit:

$$4.\quad \frac{y_n}{x_n} = \alpha - \alpha_1 \xi_1 - \alpha_2 \xi_2 \dots - \alpha_{n-1} \alpha_{n-1} = \frac{1}{\alpha - \alpha_1 v_1 - \alpha_2 v_2 \dots - \alpha_{n-1} v_{n-1}}.$$

Unde e (2.), habetur:

$$1 - \xi_1 \xi_1 - \xi_2 \xi_2 - \dots - \xi_{n-1} \xi_{n-1} = \frac{1 - v_1 v_1 - v_2 v_2 - \dots - v_{n-1} v_{n-1}}{[\alpha - \alpha_1 v_1 - \alpha_2 v_2 - \dots - \alpha_{n-1} v_{n-1}]^2}.$$

Formulis (3.) et variabiles $v_1, v_2 \dots v_{n-1}$ per $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_{n-1}$ et hae per illas exprimuntur.

Porro, si etiam λ designat numeros $1, 2 \dots n-1$, loco $a_{x,\lambda}$, $a_{x,n}$, $a_{n,n}$ scribatur $-a_{x,\lambda}$, $i a_x$, a. Quo facto, si ponitur in problemate antecedente:

$$W = \frac{V}{x_n x_n} = a_{n,n} + \frac{2a_{1,n} x_1 + 2a_{2,n} x_2 \dots + 2a_{n-1,n} x_{n-1}}{x_n} + \frac{\sum\limits_{x,\lambda} a_{x,\lambda} x_x x_\lambda}{x_n x_n}$$
$$= \frac{G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \dots + G_n y_n y_n}{[\alpha'_n y_1 + \alpha''_n y_2 + \dots + \alpha^{(n)}_n y_n]^2}$$

hic habetur, ubi insuper loco G_n scribitur G,

$$5.\quad W = a + 2a_1 \xi_1 + 2a_2 \xi_2 + \dots + 2a_{n-1} \xi_{n-1} + \sum_{x,\lambda} a_{x,\lambda} \xi_x \xi_\lambda$$
$$= \frac{G - G_1 v_1 v_1 - G_2 v_2 v_2 - \dots - G_{n-1} v_{n-1} v_{n-1}}{[\alpha - \alpha' y_1 - \alpha'' y_2 - \dots - \alpha^{(n)} y_n]^2}.$$

Functionem W videmus esse expressionem secundi ordinis variabilium ξ_1, $\xi_2 \dots \xi_{n-1}$ maxime generalem, quippe quae nec terminis linearibus caret.

Per mutationes indicatas expressio

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n},$$

abit in hanc

$$(-1)^{n-1} \Sigma \pm a\, a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n-1,n-1}\ ^*);$$

de qua prodit Γ, si loco a, $a'_{1,1}$, $a''_{2,2}$, $\dots$, $a_{n-1,n-1}$ ponitur:

$$a - x,\quad a_{1,1} + x,\quad a_{2,2} + x \quad \dots \quad a_{n-1,n-1} + x.$$

---

*) In hac expressione formanda loco a scriptum putes $a_{0,0}$ atque indicem 0 spectes tamquam n^{ium} indicem.

Quibus statutis, e §. 8. fit

$$6.\quad \Gamma = (G-x)(G_1-x)(G_2-x)\ldots(G_{n-1}-x),$$

sive determinantur G, $G_1 \ldots G_{n-1}$ ut radices aequationis

$$\Gamma = 0.$$

Deinde e formulis (40.), (41.) §. 10. determinantur coëfficientium $\alpha^{(m)}$, $\alpha_1^{(m)} \ldots \alpha_{n-1}^{(m)}$ quadrata et producta binorum per formulas sequentes, in quibus m designat numeros $1, 2 \ldots n-1$:

$$7.\quad \begin{cases} 2\alpha_x^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = -\dfrac{\partial G_m}{\partial a_{x,\lambda}}, & \alpha_x^{(m)}\alpha_x^{(m)} = -\dfrac{\partial G_m}{\partial a_{x,x}}, \\ 2\alpha^{(m)}\alpha_x^{(m)} = -\dfrac{\partial G_m}{\partial a_x}, & \alpha^{(m)}\alpha^{(m)} = -\dfrac{\partial G_m}{\partial a}, \\ 2\alpha_x\,\alpha_\lambda = +\dfrac{\partial G}{\partial a_{x,\lambda}}, & \alpha_x\,\alpha_x = +\dfrac{\partial G}{\partial a_{x,x}}, \\ \alpha\alpha = \dfrac{\partial G}{\partial a}. \end{cases}$$

De formula (17.) §. 7. sequitur, per easdem substitutiones (3.), obtineri etiam:

$$8.\quad \begin{cases} W_1 = [a + a_1\xi_1 + a_2\xi_2 + \ldots + a_{n-1}\xi_{n-1}]^2 \\ \quad - [a_1 + a_{1,1}\xi_1 + a_{1,2}\xi_2 + \ldots + a_{1,n-1}\xi_{n-1}]^2 \\ \quad \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\ \quad - [a_{n-1} + a_{n-1,1}\xi_1 + a_{n-1,2}\xi_2 + \ldots + a_{n-1,n-1}\xi_{n-1}]^2 \\ \quad = \dfrac{GG - G_1G_1\gamma_1\gamma_1 - G_2G_2\gamma_2\gamma_2 \ldots - G_{n-1}G_{n-1}\gamma_{n-1}\gamma_{n-1}}{[\alpha - \alpha'\gamma_1 - \alpha''\gamma_2 \ldots - \alpha^{(n-1)}\gamma_{n-1}]^2}. \end{cases}$$

Statuamus porro, in formulis problematis antecedentis loco $b_{x,\lambda}$, $b_{x,n}$, $b_{n,n}$ scribi $-b_{x,\lambda}$, $-ib_x$, b. Quo facto observo, ex aequationibus linearibus:

$$\begin{aligned} a\,u + a_1u_1 + \ldots + a_{n-1}u_{n-1} &= w, \\ a_1u + a_{1,1}u_1 + \ldots + a_{1,n-1}u_{n-1} &= w_1, \\ \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\ a_{n-1}u + a_{n-1,1}u_1 + \ldots + a_{n-1,n-1}u_{n-1} &= w_{n-1}, \end{aligned}$$

sequi vice versa:

$$\begin{aligned} (-1)^{n-1}u\,\Sigma \pm a a_1' \ldots a_{n-1}^{(n-1)} &= b\,w + b_1w_1 + \ldots + b_{n-1}w_{n-1}, \\ (-1)^{n-1}u_1\Sigma \pm a a_1' \ldots a_{n-1}^{(n-1)} &= b_1w + b_{1,1}w_1 + \ldots + b_{1,n-1}w_{n-1}, \\ \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\ (-1)^{n-1}u_{n-1}\Sigma \pm a a_1' \ldots a_{n-1}^{(n-1)} &= b_{n-1}w + b_{n-1,1}w_1 + \ldots + b_{n-1,n-1}w_{n-1}. \end{aligned}$$

Hinc e formula (22.) §. 7. obtinemus:

$$9.\quad W_2 = b - 2b_1\xi_1 - 2b_2\xi_2 \ldots - 2b_{n-1}\xi_{n-1} + \sum_{x,\lambda} b_{x,\lambda}\xi_x\xi_\lambda$$

$$= (-1)^{n-1}G_1G_2\ldots G_{n-1}\cdot\frac{1 - \dfrac{Gv_1v_1}{G_1} - \dfrac{Gv_2v_2}{G_2} \ldots - \dfrac{Gv_{n-1}v_{n-1}}{G_{n-1}}}{[\alpha - \alpha'v_1 - \alpha''v_2 \ldots - \alpha^{(n-1)}v_{n-1}]^2}.$$

18.

Relationes inter coëfficientes propositos, quae de formulis §§. 4. 5. traditis derivantur, hae sunt:

$$
10.\quad \begin{cases}
\alpha\alpha - \alpha'\alpha' - \alpha''\alpha'' \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)}\alpha^{(n-1)} = +1, \\
\alpha_x\alpha_x - \alpha'_x\alpha'_x - \alpha''_x\alpha''_x \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)}_x\alpha^{(n-1)}_x = -1, \\
\alpha\alpha_x - \alpha'\alpha'_x - \alpha''\alpha''_x \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)}\alpha^{(n-1)}_x = 0, \\
\alpha_x\alpha_\lambda - \alpha'_x\alpha'_\lambda - \alpha''_x\alpha''_\lambda \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)}_x\alpha^{(n-1)}_\lambda = 0,
\end{cases}
$$

porro:

$$
11.\quad \begin{cases}
\alpha\alpha - \alpha_1\alpha_1 - \alpha_2\alpha_2 - \ldots\ldots - \alpha_{n-1}\alpha_{n-1} = +1, \\
\alpha^{(x)}\alpha^{(x)} - \alpha^{(x)}_1\alpha^{(x)}_1 - \alpha^{(x)}_2\alpha^{(x)}_2 - \ldots\ldots - \alpha^{(x)}_{n-1}\alpha^{(x)}_{n-1} = -1, \\
\alpha\alpha^{(x)} - \alpha_1\alpha^{(x)}_1 - \alpha_2\alpha^{(x)}_2 - \ldots\ldots - \alpha_{n-1}\alpha^{(x)}_{n-1} = 0, \\
\alpha^{(x)}\alpha^{(\lambda)} - \alpha^{(x)}_1\alpha^{(\lambda)}_1 - \alpha^{(x)}_2\alpha^{(\lambda)}_2 - \ldots\ldots - \alpha^{(x)}_{n-1}\alpha^{(\lambda)}_{n-1} = 0.
\end{cases}
$$

Sit porro

$$(-1)^{n-1}\Sigma \pm \alpha\alpha'_1\alpha''_2 \ldots\ldots \alpha^{(n-1)}_{n-1} = A,$$

invenitur

$$12.\quad A = \pm 1,$$

ac generaliter

$$13.\quad A\Sigma \pm \alpha\alpha'_1 \ldots\ldots \alpha^{(m-1)}_{m-1} = \pm\Sigma \pm \alpha^{(m)}_m\alpha^{(m+1)}_{m+1} \ldots\ldots \alpha^{(n-1)}_{n-1}.$$

In qua formula si loco α, $\alpha^{(x)}$, α_x scriptum putas $\alpha^{(0)}_0$, $\alpha^{(x)}_0$, $\alpha^{(0)}_x$, permutando omnibus modis indices 0, 1, 2 .... $n-1$ et pro m ponendo varios valores, permultas alias formulas obtines. In quibus signum anceps $\pm$, signo summatorio praefixum, fit $+$, si termini alterius summae solis coëfficientibus $\alpha^{(x)}_\lambda$ constant, fit illud $-$, si in terminis alterius summae invenitur coëfficiens huiusmodi $\alpha^{(x)}_0$, in terminis alterius coëfficiens $\alpha^{(0)}_x$; ipsis x, λ semper designantibus numeros 1, 2 .... $n-1$.

Addimus, e relationibus appositis sequi, quoties dentur aequationes lineares:

$$
\begin{aligned}
u &= \alpha w - \alpha' w_1 - \alpha'' w_2 - \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)} w_{n-1}, \\
u_1 &= \alpha_1 w_1 - \alpha'_1 w_1 - \alpha''_1 w_2 - \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)}_1 w_{n-1}, \\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\
u_{n-1} &= \alpha_{n-1} w_1 - \alpha'_{n-1} w_1 - \alpha''_{n-1} w_2 - \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)}_{n-1} w_{n-1},
\end{aligned}
$$

fieri vice versa:

$$
\begin{aligned}
w &= \alpha u - \alpha_1 u_1 - \alpha_2 u_2 - \ldots\ldots - \alpha_{n-1} u_{n-1}, \\
w_1 &= \alpha' u - \alpha'_1 u_1 - \alpha'_2 u_2 - \ldots\ldots - \alpha'_{n-1} u_{n-1}, \\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\
w_{n-1} &= \alpha^{(n-1)} u - \alpha^{(n-1)}_1 u_1 - \alpha^{(n-1)}_2 u_2 - \ldots\ldots - \alpha^{(n-1)}_{n-1} u_{n-1},
\end{aligned}
$$

simulque esse

$$uu - u_1u_1 - u_2u_2 \ldots\ldots - u_{n-1}u_{n-1} = ww - w_1w_1 - w_2w_2 \ldots\ldots - w_{n-1}w_{n-1}.$$

[illegible]

Substitutionem propositam jam transformandis integralibus adhibeamus. [illegible] $\xi, \xi_1 \dots \xi_{n-1}$ atque $x_1, x_2 \dots x_{n-1}$ ut variabiles independentes, de quibus respective ξ_{n-1}, x_{n-1} per (2) pendent. Ac primum ponitur

$$\partial\xi\,\partial\xi_1 \dots \partial\xi_{n-1} = M\,\partial x_1\,\partial x_2 \dots \partial x_{n-1},$$

quaeramus valorem ipsius M. In exemplis, quae [illegible], casibus $n=3$, $n=4$ in commentationibus citatis inveni:

$$M = \frac{1}{a - a' x_1 - a'' x_2} \cdot \frac{\xi_2}{x_2},$$

$$M = \frac{1}{a - a' x_1 - a'' x_2 - a''' x_3} \cdot \frac{\xi_3}{x_3},$$

[illegible] generali

$$M = \frac{1}{a - a' x_1 - a'' x_2 \dots - a^{(n-1)} x_{n-1}} \cdot \frac{\xi_{n-1}}{x_{n-1}}.$$

[illegible]

Sint $\xi, \xi_1 \dots \xi_{n-1}$ [illegible] variabilium $x_1, x_2 \dots x_{n-1}$, habetur:

$$\partial\xi\,\partial\xi_1 \dots \partial\xi_{n-1} = \Sigma \pm \frac{\partial\xi}{\partial x_1}\,\frac{\partial\xi_1}{\partial x_2} \dots \frac{\partial\xi_{n-1}}{\partial x_{n-1}}\,\partial x_1\,\partial x_2 \dots \partial x_{n-1},$$

[illegible]

$$F(\xi, \xi_1 \dots \xi_{n-1}) = 0,$$

[illegible] ξ_{n-1} [illegible] variabilium $x_1, x_2 \dots x_{n-1}$. [illegible]

$$\Sigma \pm \frac{\partial\xi}{\partial x}\,\frac{\partial\xi_1}{\partial x_1} \dots \frac{\partial\xi_{n-2}}{\partial x_{n-2}},$$

[illegible] $\frac{\partial\xi_k}{\partial x_k}$ [illegible]

$$\frac{\partial\xi_k}{\partial x_k} - \frac{\partial\xi_k}{\partial\xi_{n-1}} \cdot \frac{\partial\xi_{n-1}}{\partial x_k} = \frac{\partial\xi_k}{\partial x_k} - \frac{\partial\xi_k}{\partial\xi_{n-1}} \cdot \frac{\frac{\partial F}{\partial x_k}}{\frac{\partial F}{\partial\xi_{n-1}}}$$

[illegible]

$$\frac{\partial F}{\partial v_x} = \frac{\partial F}{\partial \xi_1} \cdot \frac{\partial \xi_1}{\partial v_x} + \frac{\partial F}{\partial \xi_2} \cdot \frac{\partial \xi_2}{\partial v_x} \cdots + \frac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}} \cdot \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_x}.$$

Qua facta substitutione, expressio illa abit in hanc,

$$\frac{\frac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}}}{\frac{\partial F}{\partial v_{n-1}}} \Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \cdots \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_{n-1}};$$

sive habetur

Theorema 1.

Datis ξ_1, $\xi_2 \ldots \xi_{n-1}$ ut functionibus ipsarum v_1, $v_2 \ldots v_{n-1}$, si inter variabiles illas datur aequatio

$$F(\xi_1, \xi_2 \ldots, \xi_{n-1}) = 0,$$

erit,

$$\frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \ldots \partial \xi_{n-2}}{\frac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}}} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \cdots \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_{n-1}}\right) \cdot \frac{\partial v_1 \partial v_2 \ldots \partial v_{n-2}}{\frac{\partial F}{\partial v_{n-1}}}.$$

Addo, propositis inter variabiles duabus aequationibus, haberi theorema simile:

Theorema 2.

Datis ξ_1, $\xi_2 \ldots \xi_n$ ut functionibus ipsarum v_1, $v_2 \ldots v_n$, si inter variabiles illas proponuntur duae aequationes:

$$F(\xi_1, \xi_2 \ldots \xi_n) = 0, \quad \Phi(\xi_1, \xi_2 \ldots \xi_n) = 0,$$

erit:

$$\frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \ldots \partial \xi_{n-2}}{\frac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}} \frac{\partial \Phi}{\partial \xi_n} - \frac{\partial F}{\partial \xi_n} \frac{\partial \Phi}{\partial \xi_{n-1}}} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \cdots \frac{\partial \xi_n}{\partial v_n}\right) \frac{\partial v_1 \partial v_2 \ldots \partial v_{n-2}}{\frac{\partial F}{\partial v_{n-1}} \frac{\partial \Phi}{\partial v_n} - \frac{\partial F}{\partial v_n} \frac{\partial \Phi}{\partial v_{n-1}}}.$$

Et facile patet, quomodo haec ulterius continuentur.

Fingamus, in theoremate 1. loco $n-1$ variabilium ξ_1, $\xi_2 \ldots \xi_{n-1}$ poni n variabiles x_1, $x_2 \ldots x_n$, loco $n-1$ variabilium v_1, $v_2 \ldots v_{n-1}$ n variabiles y_1, $y_2 \ldots y_n$. Sint porro inter utrasque variabiles datae aequationes in Problemate I. propositae. Quibus statutis fit e theoremate illo, advocata (7.) §. 5.:

$$\frac{\partial x_1 \partial x_2 \ldots \partial x_{n-1}}{\frac{\partial F}{\partial x_n}} = (\Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(n)}_n) \frac{\partial y_1 \partial y_2 \ldots \partial y_{n-1}}{\frac{\partial F}{\partial y_n}} = \frac{\partial y_1 \partial y_2 \ldots \partial y_{n-1}}{\frac{\partial F}{\partial y_n}}.$$

Sit

$$F = x_1 x_1 + x_2 x_2 \ldots + x_n x_n - 1 = y_1 y_1 + y_2 y_2 \ldots + y_n y_n - 1,$$

unde

$$\frac{\partial F}{\partial x_n} = 2x_n, \quad \frac{\partial F}{\partial y_n} = 2y_n,$$

habetur theorema sequens:

19.

Substitutionem propositam iam transformandis integralibus adhibeamus. Eum in finem consideremus $\xi_1, \xi_2 \ldots\ldots \xi_{n-2}$ atque $v_1, v_2 \ldots\ldots v_{n-2}$ ut variabiles independentes, de quibus respective ξ_{n-1}, v_{n-1} per (2.) pendeant. Ac primum posito

$$\partial\xi_1\,\partial\xi_2\ldots\ldots\partial\xi_{n-1} = M.\partial v_1\,\partial v_2\ldots\ldots\partial v_{n-2},$$

quaeramus valorem ipsius M. In exemplis, quae olim tractavi, casibus $n=3$, $n=4$, in commentationibus citatis inveni:

$$M = \frac{1}{\alpha-\alpha' v_1-\alpha'' v_2}\cdot\frac{\xi_2}{v_2},$$

$$M = \frac{1}{[\alpha-\alpha' v_1-\alpha'' v_2-\alpha''' v_3]^2}\cdot\frac{\xi_3}{v_3},$$

unde facile coniicis, fore casu nostro generali,

$$M = \frac{1}{[\alpha-\alpha' v_1-\alpha'' v_2\ldots\ldots-\alpha^{(n-1)} v_{n-1}]^{n-2}}\cdot\frac{\xi_{n-1}}{v_{n-1}}.$$

At demonstratio ea generalitate non ita facilis est. Cuius in gratiam theoremata quaedam generalia antemittam, quorum demonstrationem brevitatis causa supprimo.

Sint $\xi_1, \xi_2 \ldots\ldots \xi_{n-2}$ datae functiones quaelibet variabilium $v_1, v_2 \ldots\ldots$ $\ldots\ldots v_{n-2}$, habetur:

$$\partial\xi_1\,\partial\xi_2\ldots\ldots\partial\xi_{n-2} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial\xi_1}{\partial v_1}\,\frac{\partial\xi_2}{\partial v_2}\ldots\ldots\frac{\partial\xi_{n-2}}{\partial v_{n-2}}\right)\partial v_1\,\partial v_2\ldots\ldots\partial v_{n-2},$$

in summa assignata omnimodis permutatis functionum ξ indicibus, ac singulis terminis praefixis signis per notam regulam alternantibus. Quam notationem expressionibus similibus in sequentibus sine ulteriore explicatione adhibebo. Spectemus iam $\xi_1, \xi_2 \ldots\ldots \xi_{n-2}$ ut functiones variabilium $v_1, v_2 \ldots\ldots v_{n-1}$, ubi nova variabilis v_{n-1} a reliquis pendet per aequationem

$$F(\xi_1, \xi_2 \ldots\ldots \xi_{n-1}) = 0,$$

designante ξ_{n-1} et ipsa novam functionem datam variabilium $v_1, v_2 \ldots\ldots v_{n-1}$. Hinc in expressione

$$\Sigma \pm \frac{\partial\xi_1}{\partial v_1}\,\frac{\partial\xi_2}{\partial v_2}\ldots\ldots\frac{\partial\xi_{n-2}}{\partial v_{n-2}},$$

loco $\frac{\partial\xi_m}{\partial v_x}$ ponendum est:

$$\frac{\partial\xi_m}{\partial v_x} + \frac{\partial\xi_m}{\partial v_{n-1}}\cdot\frac{\partial v_{n-1}}{\partial v_x} = \frac{\partial\xi_m}{\partial v_x} - \frac{\partial\xi_m}{\partial v_{n-1}}\cdot\frac{\frac{\partial F}{\partial v_x}}{\frac{\partial F}{\partial v_{n-1}}},$$

ubi habetur:

$$\frac{\partial F}{\partial v_x} = \frac{\partial F}{\partial \xi_1} \cdot \frac{\partial \xi_1}{\partial v_x} + \frac{\partial F}{\partial \xi_2} \cdot \frac{\partial \xi_2}{\partial v_x} \dots + \frac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}} \cdot \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_x}.$$

Qua facta substitutione, expressio illa abit in hanc,

$$\frac{\dfrac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}}}{\dfrac{\partial F}{\partial v_{n-1}}} \Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_{n-1}};$$

sive habetur

Theorema 1.

Datis $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_{n-1}$ *ut functionibus ipsarum* $v_1, v_2 \dots v_{n-1}$, *si inter variabiles illas datur aequatio*

$$F(\xi_1, \xi_2 \dots, \xi_{n-1}) = 0,$$

erit,

$$\frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \dots \partial \xi_{n-2}}{\dfrac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}}} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_{n-1}}\right) \cdot \frac{\partial v_1 \partial v_2 \dots \partial v_{n-2}}{\dfrac{\partial F}{\partial v_{n-1}}}.$$

Addo, propositis inter variabiles duabus aequationibus, haberi theorema simile:

Theorema 2.

Datis $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_n$ *ut functionibus ipsarum* $v_1, v_2 \dots v_n$, *si inter variabiles illas proponuntur duae aequationes:*

$$F(\xi_1, \xi_2 \dots \xi_n) = 0, \quad \Phi(\xi_1, \xi_2 \dots \xi_n) = 0,$$

erit:

$$\frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \dots \partial \xi_{n-2}}{\dfrac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}} \dfrac{\partial \Phi}{\partial \xi_n} - \dfrac{\partial F}{\partial \xi_n} \dfrac{\partial \Phi}{\partial \xi_{n-1}}} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial \xi_n}{\partial v_n}\right) \frac{\partial v_1 \partial v_2 \dots \partial v_{n-2}}{\dfrac{\partial F}{\partial v_{n-1}} \dfrac{\partial \Phi}{\partial v_n} - \dfrac{\partial F}{\partial v_n} \dfrac{\partial \Phi}{\partial v_{n-1}}}.$$

Et facile patet, quomodo haec ulterius continuentur.

Fingamus, in theoremate 1. loco $n-1$ variabilium $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_{n-1}$ poni n variabiles $x_1, x_2 \dots x_n$, loco $n-1$ variabilium $v_1, v_2 \dots v_{n-1}$ n variabiles $y_1, y_2 \dots y_n$. Sint porro inter utrasque variabiles datae aequationes in Problemate I. propositae. Quibus statutis fit e theoremate illo, advocata (7.) §. 5.:

$$\frac{\partial x_1 \partial x_2 \dots \partial x_{n-1}}{\dfrac{\partial F}{\partial x_n}} = (\Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha^{(n)}_n) \frac{\partial y_1 \partial y_2 \dots \partial y_{n-1}}{\dfrac{\partial F}{\partial y_n}} = \frac{\partial y_1 \partial y_2 \dots \partial y_{n-1}}{\dfrac{\partial F}{\partial y_n}}.$$

Sit

$$F = x_1 x_1 + x_2 x_2 \dots + x_n x_n - 1 = y_1 y_1 + y_2 y_2 \dots + y_n y_n - 1,$$

unde

$$\frac{\partial F}{\partial x_n} = 2 x_n, \quad \frac{\partial F}{\partial y_n} = 2 y_n,$$

habetur theorema sequens:

Theorema 3.

Quoties fit per substitutiones lineares, inter variabiles $x_1, x_2 \dots$ $\dots x_n$ atque $y_1, y_2 \dots y_n$ propositas:

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 \dots + y_n y_n,$$

simulque inter variabiles illas datur aequatio

$$1 = x_1 x_1 + x_2 x_2 \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 \dots + y_n y_n,$$

fit:

$$\frac{\partial x_1 \partial x_2 \dots \partial x_{n-1}}{x_n} = \frac{\partial y_1 \partial y_2 \dots \partial y_{n-1}}{y_n}.$$

Quo infra utemur theoremate.

20.

His theoremata addi debent sequentia.

Theorema 4.

Supponamus, $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_{n-1}$ datas esse sub forma fractionum

$$\xi_1 = \frac{u_1}{u}, \quad \xi_2 = \frac{u_2}{u}, \quad \dots \quad \xi_{n-1} = \frac{u_{n-1}}{u},$$

fit:

$$\Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_{n-1}} = \frac{1}{u^n} . \Sigma \pm u \frac{\partial u_1}{\partial v_1} \frac{\partial u_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial u_{n-1}}{\partial v_{n-1}},$$

ubi in altera summa inter indices permutandos etiam referri debet index 0 *seu index deficiens.*

Si in theoremate antecedente functiones $u, u_1, u_2 \dots u_{n-1}$ per eandem functionem t dividuntur, valores ipsarum $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_{n-1}$ inde non mutantur, neque igitur valor expressionis

$$\Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_{n-1}} = \frac{1}{u^n} . \Sigma \pm u \frac{\partial u_1}{\partial v_1} \frac{\partial u_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial u_{n-1}}{\partial v_{n-1}}.$$

Unde deducis

Theorema 5.

Si loco functionum $u, u_1, u_2, \dots u_{n-1}$ ponitur $\frac{u}{t}, \frac{u_1}{t}, \frac{u_2}{t}, \dots \frac{u_{n-1}}{t}$, designante t aliam functionem quamlibet, expressio

$$\Sigma \pm u \frac{\partial u_1}{\partial v_1} \frac{\partial u_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial u_{n-1}}{\partial v_{n-1}}$$

abit in

$$\frac{1}{t^n} \Sigma \pm u \frac{\partial u_1}{\partial v_1} \frac{\partial u_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial u_{n-1}}{\partial v_{n-1}},$$

sive in differentiationibus instituendis denominatorem communem t ut constantem considerare licet.

Theorema 5. iam olim casu $n = 3$ demonstravi (*Comm. III. de integr. dupl. Vol. X.*) Theoremate generali infra utemur. Postremo hoc unum addam.

Theorema 6.

Sint $u, u_1, u_2 \dots u_{n-1}$ expressiones lineares aliarum functionum $w, w_1, w_2 \dots w_{n-1}$, datae per aequationes huiusmodi:

$$u_\varkappa = \alpha_\varkappa w + \alpha'_\varkappa w_1 + \alpha''_\varkappa w_2 + \dots + \alpha^{(n-1)}_\varkappa w_{n-1},$$

fit:

$$\Sigma \pm u \frac{\partial u_1}{\partial v_1} \frac{\partial u_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial u_{n-1}}{\partial v_{n-1}} = (\Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha^{(n-1)}_{n-1}) \left(\Sigma \pm w \frac{\partial w_1}{\partial v_1} \frac{\partial w_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial w_{n-1}}{\partial v_{n-1}}\right).$$

Observo, si functiones propositae essent n variabilium $v, v_1, v_2 \dots v_{n-1}$, haberi similiter:

$$\Sigma \pm \frac{\partial u}{\partial v} \frac{\partial u_1}{\partial v_1} \dots \frac{\partial u_{n-1}}{\partial v_{n-1}} = (\Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \alpha''_2 \dots \alpha^{(n-1)}_{n-1}) \left(\Sigma \pm \frac{\partial w}{\partial v} \frac{\partial w_1}{\partial v_1} \dots \frac{\partial w_{n-1}}{\partial v_{n-1}}\right).$$

21.

Applicemus iam theoremata antecedentia ad substitutionem supra propositam:

$$\xi_\varkappa = \frac{\alpha_\varkappa - \alpha'_\varkappa v_1 - \alpha''_\varkappa v_2 - \dots - \alpha^{(n-1)}_\varkappa v_{n-1}}{\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 - \dots - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}};$$

in qua supponamus:

$$\xi_1 \xi_1 + \xi_2 \xi_2 + \dots + \xi_{n-1} \xi_{n-1} = 1,$$

unde e formula §. 17. tradita,

$$\xi_1\xi_1 + \xi_2\xi_2 \dots + \xi_{n-1}\xi_{n-1} - 1 = \frac{v_1 v_1 + v_2 v_2 \dots + v_{n-1} v_{n-1} - 1}{[\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \dots - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}]^2},$$

fit etiam:

$$v_1 v_1 + v_2 v_2 \dots + v_{n-1} v_{n-1} = 1.$$

Statuamus igitur:

$$F = \xi_1\xi_1 + \xi_2\xi_2 \dots + \xi_{n-1}\xi_{n-1} - 1 = \frac{v_1 v_1 + v_2 v_2 \dots + v_{n-1} v_{n-1} - 1}{[\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \dots - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}]^2},$$

unde

$$\frac{\partial F}{\partial \xi_{n-1}} = 2\xi_{n-1}, \qquad \frac{\partial F}{\partial v_{n-1}} = \frac{2 v_{n-1}}{[\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \dots - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}]^2}.$$

Hinc nanciscimur e **theor. 1.**:

$$\frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \dots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1}} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial \xi_1}{\partial v_1} \frac{\partial \xi_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial \xi_{n-1}}{\partial v_{n-1}}\right) \frac{u^2 \partial v_1 \partial v_2 \dots \partial v_{n-2}}{v_{n-1}},$$

siquidem ponitur:

$$u = \alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \dots - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}.$$

Sit generaliter:

$$u_\varkappa = \alpha_\varkappa - \alpha'_\varkappa v_1 - \alpha''_\varkappa v_2 \dots - \alpha^{(n-1)}_\varkappa v_{n-1},$$

ideoque

$$\xi_\varkappa = \frac{u_\varkappa}{u};$$

habetur e **theor. 4.**:

$$\frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \dots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1}} = \left(\Sigma \pm u \frac{\partial u_1}{\partial v_1} \frac{\partial u_2}{\partial v_2} \dots \frac{\partial u_{n-1}}{\partial v_{n-1}}\right) \frac{\partial v_1 \partial v_2 \dots \partial v_{n-2}}{u^{n-2} v_{n-1}}.$$

Jam si in theor. 5. ponimus:

$$w = 1,\; w_1 = -v_1,\; w_2 = -v_2,\; \ldots\; w_{n-1} = -v_{n-1},$$

fit

$$\Sigma \pm w \frac{\partial w_1}{\partial v_1} \frac{\partial w_2}{\partial v_2} \cdots \frac{\partial w_{n-1}}{\partial v_{n-1}} = (-1)^{n-1},$$

unde e theor. illo, advocata (12.), prodit:

$$\Sigma \pm x \frac{\partial x_1}{\partial v_1} \frac{\partial x_2}{\partial v_2} \cdots \frac{\partial x_{n-1}}{\partial v_{n-1}} = (-1)^{n-1} \Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(n-1)}_{n-1} = 1.$$

Hinc habetur formula, quam demonstrandam proposuimus

$$\frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \ldots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1}} = \frac{\partial v_1 \partial v_2 \ldots \partial v_{n-2}}{x^{n-2} v_{n-1}}.$$

Cujus ope habetur e (5.), (8.), (9.), §. 12.:

$$\int^{n-2} \frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \ldots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1} W^{\frac{n-2}{2}}} = \int^{n-2} \frac{\partial v_1 \partial v_2 \ldots \partial v_{n-2}}{v_{n-1}[G - G_1 v_1 v_1 - G_2 v_2 v_2 \ldots - G_{n-1} v_{n-1} v_{n-1}]^{\frac{n-2}{2}}},$$

$$\int^{n-2} \frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \ldots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1} W_1^{\frac{n-2}{2}}} = \int^{n-2} \frac{\partial v_1 \partial v_2 \ldots \partial v_{n-2}}{v_{n-1}[G^2 - G_1^2 v_1 v_1 - G_2^2 v_2 v_2 \ldots - G_{n-1}^2 v_{n-1} v_{n-1}]^{\frac{n-2}{2}}},$$

$$\int^{n-2} \frac{\partial \xi_1 \partial \xi_2 \ldots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1} . W_2^{\frac{n-2}{2}}} =$$

$$\frac{1}{[G G_1 G_2 \ldots G_{n-1}]^{\frac{n-2}{2}}} \int^{n-2} \frac{\partial v_1 \partial v_2 \ldots \partial v_{n-2}}{v_{n-1}\left[\frac{1}{G} - \frac{v_1 v_1}{G_1} - \frac{v_2 v_2}{G_2} \cdots - \frac{v_{n-1} v_{n-1}}{G_{n-1}}\right]^{\frac{n-2}{2}}}.$$

Quarum formularum prima est transformatio proposita.

22.

Addam pauca, quae ad naturam substitutionis propositae melius perspiciendam facere possunt. Introducamus enim loco variabilium $\xi_1, \xi_2 \ldots \ldots, \xi_{n-1}$ alias $x, x_1, x_2, \ldots x_{n-2}$, quae ab illis pendeant per aequationes lineares hujusmodi:

$$x_m = c_1^{(m)} \xi_1 + c_2^{(m)} \xi_2 + \ldots + c_{n-1}^{(m)} \xi_{n-1},$$

statutis inter coëfficientes $c_x^{(m)}$ relationibus talibus, ut fiat:

$$xx + x_1 x_1 + \ldots + x_{n-2} x_{n-2} = \xi_1 \xi_1 + \xi_2 \xi_2 + \ldots + \xi_{n-1} \xi_{n-1} = 1,$$

quas relationes e problemate primo ut notas supponemus.

Sit porro:

$$\alpha_1 = M c_1,\; \alpha_2 = M c_2 \;\ldots,\; \alpha_{n-1} = M c_{n-1},$$

ubi poni debet:

$$M M = \alpha_1 \alpha_1 + \alpha_2 \alpha_2 + \ldots + \alpha_{n-1} \alpha_{n-1} = \alpha\alpha - 1;$$

unde fit:

$$\alpha - \alpha_1 \xi_1 - \alpha_2 \xi_2 \ldots - \alpha_{n-1} \alpha_{n-1} = \alpha - M x.$$

E formula,

$$\xi_p = \frac{\alpha_p - \alpha'_p v_1 - \alpha''_p v_2 \ldots . - \alpha_p^{(n-1)} v_{n-1}}{\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \ldots . - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}},$$

statuto:

$$C_m^{(x)} = c_1^{(m)} \alpha_1^{(x)} + c_2^{(m)} \alpha_2^{(x)} \ldots . + c_{n-1}^{(m)} \alpha_{n-1}^{(x)},$$

sequitur:

$$x_m = \frac{C_m - C'_m v_1 - C''_m v_2 \ldots . - C_m^{(n-1)} v_{n-1}}{\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \ldots . - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}}.$$

Fit autem:

$$C = c_1 \alpha_1 + c_2 \alpha_2 + \ldots . + c_{n-1} \alpha_{n-1} = M(c_1 c_1 + c_2 c_2 + \ldots . + c_{n-1} c_{n-1}),$$

sive

$$C = M;$$

porro si x non $= 0$,

$$C^{(x)} = c_1 \alpha_1^{(x)} + c_2 \alpha_2^{(x)} + \ldots . + c_{n-1} \alpha_{n-1}^{(x)} = \frac{1}{M} (\alpha_1 \alpha_1^{(x)} + \alpha_2 \alpha_2^{(x)} + \ldots . + \alpha_{n-1} \alpha_{n-1}^{(x)}),$$

sive e (11.):

$$C^{(x)} = \frac{\alpha \alpha^{(x)}}{M};$$

porro si m non $= 0$,

$$\begin{aligned} C_m &= c_1^{(m)} \alpha_1 + c_2^{(m)} \alpha_2 + \ldots . + c_{n-1}^{(m)} \alpha_{n-1} \\ &= M [c_1^{(m)} c_1 + c_2^{(m)} c_2 + \ldots . + c_{n-1}^{(m)} c_{n-1}], \end{aligned}$$

sive

$$C_m = 0.$$

Hinc fit

$$C - C' v_1 - C'' v_2 \ldots . - C^{(n-1)} v_{n-1} = \frac{\alpha}{M} \left[\frac{MM}{\alpha} - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \ldots . - \alpha^{(n-1)} v_{n-1} \right],$$

ideoque

$$x = \frac{\alpha}{M} \cdot \frac{\frac{MM}{\alpha} - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \ldots . - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}}{\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \ldots . - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}},$$

sive

$$1 + x = \frac{\alpha + M}{M} \cdot \frac{M - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \ldots . - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}}{\alpha - \alpha' v_1 - \alpha'' v_2 \ldots . - \alpha^{(n-1)} v_{n-1}}.$$

Introducamus etiam in locum variabilium v_1, v_2, ... v_{n-1} variabiles novas y, y_1, y_2 .... y_{n-2}, quae ab iis pendeant per aequationes huiusmodi:

$$-y_m = C'_m v_1 + C''_m v_2 + \ldots . + C_m^{(n-1)} v_{n-1},$$

in quibus loco m ponendum 1, 2 .... $n-2$; quibus pro $m = 0$ addenda aequatio:

$$-y = \frac{1}{M} [\alpha' v_1 + \alpha'' v_2 + \ldots . + \alpha^{(n-1)} v_{n-1}].$$

His statutis, fit

$$x = \frac{M + \alpha y}{\alpha + M y} \text{ sive } 1 + x = (\alpha + M) \frac{1 + y}{\alpha + M y};$$

porro, si m designat numeros 1, 2, ... $n-2$, cum sit $C_m = 0$:

$$x_m = \frac{y_m}{\alpha + M y},$$

ideoque

$$\frac{x_m}{1+x} = \frac{1}{\alpha+M}\cdot\frac{y_m}{1+y}.$$

Fit porro:

$$1 = xx + x_1 x_1 + \dots + x_{n-2} x_{n-2} = \frac{(M+\alpha y)^2 + y_1 y_1 + \dots + y_{n-2} y_{n-2}}{(\alpha+My)^2},$$

ideoque cum sit $\alpha\alpha - MM = 1$,

$$0 = 1 - yy - y_1 y_1 \dots - y_{n-2} y_{n-2}.$$

Variabiles $\xi_1, \xi_2 \dots \xi_{n-1}$ et variabiles $v_1, v_2 \dots v_{n-1}$, quae aequationibus satisfaciunt

$$\xi_1\xi_1 + \xi_2\xi_2 + \dots + \xi_{n-1}\xi_{n-1} = 1,$$
$$v_1 v_1 + v_2 v_2 + \dots + v_{n-1} v_{n-1} = 1,$$

substitutionibus propositis exhibebantur aliae per alias ope *fractionum linearium*, si ita vocare licet fractiones, quae denominatore et numeratore linearibus gaudent. Jam si in locum variabilium illarum per substitutiones lineares *integras* aliae introducuntur $x, x_1 \dots x_{n-2}$ et $y, y_1 \dots y_{n-2}$, quae et ipsae satisfaciant aequationibus:

$$xx + x_1 x_1 + \dots + x_{n-2} x_{n-2} = 1,$$
$$yy + y_1 y_1 + \dots + y_{n-2} y_{n-2} = 1,$$

demonstratum est antecedentibus, substitutiones illas semper tales statui posse, ut relationes, quibus variabiles novae aliae per alias determinantur, hanc induant formam simplicem et elegantem:

$$\frac{x_1}{1+x} = \mu\cdot\frac{y_1}{1+y}, \quad \frac{x_2}{1+x} = \mu\cdot\frac{y_2}{1+y}, \quad \dots \quad \frac{x_{n-2}}{1+x} = \mu\cdot\frac{y_{n-2}}{1+y};$$

designante $\mu = \frac{1}{\alpha+M}$ factorem constantem. Idem casu $n = 4$ in commentatione citata (Vol. VIII.) demonstratum invenis. Casu $n = 3$, formulam similem dedit Cl. Gauſs in comm. *determinatio attract.*

23.

Adhibitis substitutionibus, de quibus problemate *primo* actum est, functioni W formam conciliare licet simpliciorem, de qua producta e binis variabilibus conflata abierunt,

$$W = A + A_1\xi_1\xi_1 + A_2\xi_2\xi_2 + \dots + A_{n-1}\xi_{n-1}\xi_{n-1}$$
$$+ 2a_1\xi_1 + 2a_2\xi_2 + \dots + 2a_{n-1}\xi_{n-1}.$$

Quae expressio prodit ex expressione ipsius V, §. 16. proposita,

$$V = A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 \dots + A_n x_n x_n + 2x_n(a_1 x_1 + a_2 x_2 \dots + a_{n-1} x_{n-1}),$$

si in fractione $\frac{V}{x_n x_n}$ ponitur rursus

$$\frac{x_x}{x_n} = -i\xi_x,$$

porro loco $A_1, A_2 \dots\dots A_{n-1}$ scribitur $-A_1, -A_2 \dots\dots -A_{n-1}$; loco $a_1, a_2 \dots\dots a_{n-1}$ autem $ia_1, ia_2 \dots\dots ia_{n-1}$; denique A loco A_n. Quo facto, e formulis § 16. traditis sequitur, si rursus G scribimus loco G_n:

$$\frac{(x-G)(x-G_1)\dots(x-G_{n-1})}{(A_1+x)(A_2+x)\dots(A_{n-1}+x)} = x - A + \frac{a_1 a_1}{x+A_1} + \frac{a_2 a_2}{x+A_2} \dots + \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{x+A_{n-1}};$$

sive $G, G_1 \dots\dots G_{n-1}$ esse radices aequationis:

$$0 = x - A + \frac{a_1 a_1}{x+A_1} + \frac{a_2 a_2}{x+A_2} \dots + \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{x+A_{n-1}}.$$

Haec aequatio certe $n-2$ radices reales habet, easque singulas positas in intervallis seriei

$$-A_1, \quad -A_2 \dots\dots -A_{n-1},$$

siquidem $A_1 > A_2 \dots > A_{n-1}$. Reliquae duae radices aut imaginariae aut reales erunt, eaeque, ubi reales sunt, utraque simul aut inter $-\infty$ et $-A_1$, aut inter $-A_{n-1}$ et $+\infty$ positae erunt.

Ponatur, ut supra,

$$\frac{y_m}{y_n} = i v_m,$$

ac loco $\alpha_n^{(m)}, \alpha_n^{(n)}$ scribamus $i\alpha^{(m)}, \alpha$. Quo facto sequens formula, quae de formulis §. 16. traditis fluit,

$$\frac{y_m}{y_n} = \frac{\alpha_n^{(m)}}{\alpha_n^{(n)}} \cdot \frac{\frac{a_1 x_1}{A_1 - G_m} + \frac{a_2 x_2}{A_2 - G_m} \dots + \frac{a_{n-1} x_{n-1}}{A_{n-1} - G_m} - x_n}{\frac{a_1 x_1}{A_1 - G_n} + \frac{a_2 x_2}{A_2 - G_n} \dots + \frac{a_{n-1} x_{n-1}}{A_{n-1} - G_n} - x_n},$$

abit in hanc

$$v_m = \frac{\alpha^{(m)}}{\alpha} \cdot \frac{1 + \frac{a_1 \xi_1}{A_1 + G_m} + \frac{a_2 \xi_2}{A_2 + G_m} \dots + \frac{a_{n-1} \xi_{n-1}}{A_{n-1} + G_m}}{1 + \frac{a_1 \xi_1}{A_1 + G} + \frac{a_2 \xi_2}{A_2 + G} \dots + \frac{a_{n-1} \xi_{n-1}}{A_{n-1} + G}},$$

in qua, ubi de valore ipsius $\alpha_n^{(m)}$ §. 16. tradito fluit, fit:

$$\alpha^{(m)} = \sqrt{\left(-\frac{(G_m+A_1).(G_m+A_2)\dots(G_m+A_{n-1})}{(G_m-G).(G_m-G_1)\dots(G^m-G_{n-1})}\right)},$$

$$\alpha = \sqrt{\left(\frac{(G+A_1).(G+A_2)\dots(G+A_{n-1})}{(G-G_1).(G-G_2)\dots(G-G_{n-1})}\right)}.$$

Quae facile ita quoque exhibentur:

$$\frac{1}{\alpha^{(m)}} = \sqrt{\left(\frac{a_1 a_1}{(G_m+A_1)^2} + \frac{a_2 a_2}{(G_m+A_2)^2} \dots + \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{(G_m+A_{n-1})^2} - 1\right)},$$

$$\frac{1}{\alpha} = \sqrt{\left(\frac{a_1 a_1}{(G+A_1)^2} - \frac{a_2 a_2}{(G+A_2)^2} \dots - \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{(G+A_{n-1})^2}\right)}.$$

Hinc, *posito*:

$$v_{n-1}\sqrt{\left(-\frac{G+A_1.G+A_2\ldots\ldots G+A_{n-1}}{G_n+A_1.G_n+A_2\ldots\ldots G_n+A_{n-1}}\cdot\frac{G_n-G.G_n-G_1\ldots\ldots G_n-G_{n-1}}{G-G_1.G-G_2\ldots\ldots G_n-G_{n-1}}\right)}$$

$$=\frac{1+\frac{a_1\xi_1}{A_1+G_n}+\frac{a_2\xi_2}{A_2+G_n}\ldots\ldots+\frac{a_{n-1}\xi_{n-1}}{A_{n-1}+G_n}}{1+\frac{a_1\xi_1}{A_1+G}+\frac{a_2\xi_2}{A_2+G}\ldots\ldots+\frac{a_{n-1}\xi_{n-1}}{A_{n-1}+G_n}},$$

designantibus G, G_1, $G_2\ldots\ldots G_{n-1}$ *radices aequationis,*

$$0=x-A+\frac{a_1a_1}{x+A_1}+\frac{a_2a_2}{x+A_2}\ldots\ldots+\frac{a_{n-1}a_{n-1}}{x+A_{n-1}},$$

habetur:

$$\int^{n-1}\frac{\partial\xi_1\partial\xi_2\ldots\ldots\partial\xi_{n-2}}{\xi_{n-1}[A+A_1\xi_1\xi_1+A_2\xi_2\xi_2\ldots\ldots+A_{n-1}\xi_{n-1}\xi_{n-1}+2(a_1\xi_1+a_2\xi_2\ldots\ldots+a_{n-1}\xi_{n-1})]^{\frac{n-1}{2}}}=$$

$$\int^{n-1}\frac{\partial v_1\partial v_2\ldots\ldots\partial v_{n-2}}{v_{n-1}[G-G_1v_1v_1-G_2v_2v_2\ldots\ldots-G_{n-1}v_{n-1}v_{n-1}]^{\frac{n-1}{2}}}$$

inter variabiles ξ_1, $\xi_2\ldots\ldots\xi_{n-1}$ *nec non inter variabiles* v_1, $v_2\ldots\ldots v_{n-1}$ *existentibus aequationibus:*

$$\xi_1\xi_1+\xi_2\xi_2\ldots\ldots+\xi_{n-1}\xi_{n-1}=1,$$
$$v_1v_1+v_2v_2\ldots\ldots+v_{n-1}v_{n-1}=1.$$

Casum huius transformationis $n-1=2$ tractavit Cl. Gauss in Comment. *Determinatio attractionis* etc.

Observo, ad aequationem

$$0=x-A+\frac{a_1a_1}{x+A_1}+\frac{a_2a_2}{x+A_2}\ldots\ldots+\frac{a_{n-1}a_{n-1}}{x+A_{n-1}}$$

perveniri etiam, ubi propositum est, datam functionem W redigere in formam sequentem:

$$W=(p_1+q_1\xi_1)^2+(p_2+q_2\xi_2)^2\ldots\ldots+(p_{n-1}+q_{n-1}\xi_{n-1})^2.$$

Quod ope aequationis inter variabiles ξ_1, $\xi_2\ldots\ldots\xi_{n-1}$ stabilitae

$$\xi_1\xi_1+\xi_2\xi_2\ldots\ldots+\xi_{n-1}\xi_{n-1}=1,$$

efficitur hunc in modum.

Addita enim datae functioni W expressione evanescente,

$$x(\xi_1\xi_1+\xi_2\xi_2\ldots\ldots+\xi_{n-1}\xi_{n-1}-1),$$

habetur

$$A-x=p_1p_1+p_2p_2\ldots\ldots+p_{n-1}p_{n-1}$$
$$x+A_1=q_1q_1,\quad x+A_2=q_2q_2\ldots\ldots,\quad x+A_{n-1}=q_{n-1}q_{n-1},$$
$$a_1=p_1q_1,\quad a_2=p_2q_2\ldots\ldots,\quad a_{n-1}=p_{n-1}q_{n-1}.$$

Unde illa prodit aequatio,

$$A - x = \frac{a_1 a_1}{x + A_1} + \frac{a_2 a_2}{x + A_2} \dots + \frac{a_{n-1} a_{n-1}}{x + A_{n-1}}.$$

Cuius ope determinata x, habetur

$$W = \left[\frac{a_1}{\sqrt{(x+A_1)}} + \sqrt{(x+A_1)} \cdot \xi_1\right]^2 + \left[\frac{a_2}{\sqrt{(x+A_2)}} + \sqrt{(x+A_2)}\xi_2\right]^2 \dots$$
$$\dots + \left[\frac{a_{n-1}}{\sqrt{(x+A_{n-1})}} + \sqrt{(x+A_{n-1})}\xi_{n-1}\right]^2.$$

Unde videmus, ut data functio W modo reali in formam propositam redigatur, radicem x, si fieri possit, ita eligendam esse, ut quantitates

$$x + A_1, \quad x + A_2, \quad \dots \quad x + A_{n-1}$$

omnes positivae evadant; sive aequationis propositae radix x summenda est, si qua datur, inter $-A_{n-1}$ et $+\infty$ posita. Quae ubi datur, observavimus, alteram quoque aequationis radicem inter eosdem limites positam inveniri. Unde *functioni W forma assignata realiter conciliari aut non potest aut binis modis.*

Eadem ratione realem semper invenimus solutionem eamque unicam tantum, ubi propositum est, functioni W formam creare sequentem,

$$W = (p_1 + q_1 \xi_1)^2 + (p_2 + q_2 \xi_2)^2 \dots + (p_m + q_m \xi_m)^2$$
$$-(p_{m+1} + q_{m+1} \xi_{m+1})^2 - (p_{m+2} + q_{m+2} \xi_{m+2})^2 \dots - (p_{n-1} + q_{n-1} \xi_{n-1})^2,$$

designante m unum quemlibet e numeris $1, 2 \dots n-2$. Scilicet hanc formam induit expressio antecedens ipsius W, si aequationis propositae ea radix pro x statuitur, quae inter $-A_m$ et $-A_{m+1}$ posita est; quae semper datur eaque unica.

24.

Si functionem W iam exhibitam supponimus sub forma:

$$W = (p_1 + q_1 \xi_1)^2 + (p_2 + q_2 \xi_2)^2 \dots + (p_{n-1} + q_{n-1} \xi_{n-1})^2,$$

fit aequatio, cuius radices sunt $G, G_1 \dots G_{n-1}$:

$$0 = x - p_1 p_1 - p_2 p_2 \dots - p_{n-1} p_{n-1} + \frac{p_1 p_1 q_1 q_1}{x + q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2 q_2 q_2}{x + q_2 q_2} + \dots$$
$$\dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1} q_{n-1} q_{n-1}}{x + q_{n-1} q_{n-1}}.$$

Cuius aequationis una radix est $x = 0$, sicuti fieri debet, cum eo casu expressio

$$x(\xi_1 \xi_1 + \xi_2 \xi_2 \dots + \xi_{n-1} \xi_{n-1} - 1)$$

datae functioni W addi non debent, ut formam propositam nanciscatur; quippe qua iam gaudere supponitur. Radice $x = 0$ eiecta, aequationem $(n-1)^{ti}$ gradus obtinemus formae simplicis:

$$\frac{p_1 p_1}{x + q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2}{x + q_2 q_2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{x + q_{n-1} q_{n-1}} = 1.$$

Cuius radices, siquidem $q_1 > q_2 \dots > q_{n-1}$, positae sunt in intervallis seriei:

$$-q_1 q_1, \quad -q_2 q_2, \quad \dots \quad -q_{n-1} q_{n-1}, \quad +\infty.$$

Erunt igitur radices omnes reales, earumque certo $n-2$ negativae; reliqua aut positiva aut negativa est, prout expressio

$$\frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1}}$$

aut >1 aut <1. Ceterum e §. 12. sequitur, aequationem illam $(n-1)^{ti}$ gradus eandem esse atque aequationem, ad quam devenitur in problemate I., si statuitur

$$V = [p_1 x_1 + p_2 x_2 \dots + p_{n-1} x_{n-1}]^2$$
$$-[q_1 q_1 x_1 x_1 + q_2 q_2 x_2 x_2 \dots + q_{n-1} q_{n-1} x_{n-1} x_{n-1}].$$

Demonstravi, si functio W forma proposita gaudet, eandem formam altero quoque modo ei conciliari posse. Observo, quod facile probatur, expressionem

$$\frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1}}$$

pro altero modo fore >1, pro altero <1 *). Unde alterutrum semper supponere licet. Pro altero enim modo, quo W formam assignatam induit, p_m, q_m fiunt:

$$\frac{p_m q_m}{\sqrt{(x + q_m q_m)}}, \quad \sqrt{(x + q_m q_m)},$$

unde expressio illa fit:

$$\frac{p_1^2 q_1^2}{(x + q_1 q_1)^2} + \frac{p_2^2 q_2^2}{(x + q_2 q_2)^2} \dots + \frac{p_{n-1}^2 q_{n-1}^2}{(x + q_{n-1} q_{n-1})^2}$$
$$= 1 - x\left[\frac{p_1 p_1}{(x + q_1 q_1)^2} + \frac{p_2 p_2}{(x + q_2 q_2)^2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{(x + q_{n-1} q_{n-1})^2}\right],$$

quod aut <1 aut >1, prout x positiva aut negativa, sive ex antecedentibus, prout expressio illa aut >1 aut <1.

Casu, quem consideramus, habetur porro, si m designat numeros $1, 2, \dots n-1$:

$$\alpha_m \alpha_m = \frac{-(G_m - G)(G_m - G_1)\dots(G_m - G_{n-1})}{(G_m + q_1 q_1)(G_m + q_2 q_2)\dots(G_m + q_{n-1} q_{n-1})},$$

$$\alpha \alpha = \frac{(G - G_1)(G - G_2)\dots(G - G_{n-1})}{(G + q_1 q_1)(G + q_2 q_2)\dots(G + q_{n-1} q_{n-1})}.$$

Qui ut reales sint valores, statuenda est G, G_1, G_2, ... G_{n-1}; hoc est, quoties expressio

*) Considerationibus similibus pro tribus variabilibus factis in quaestionibus celeberrimis de attractione ellipsoidarum superstruxit Cl. Ivory reductionem puncti attracti externi ad internum.



$$\frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1}}$$

fit >1, erit G radix positiva, qua eo casu aequatio proposita gaudet; quoties expressio illa fit <1, erit $G = 0$.

Habetur porro aequatio identica:

$$\frac{(x-G)(x-G_1)\dots(x-G_{n-1})}{(x+q_1 q_1)(x+q_2 q_2)\dots(x+q_{n-1} q_{n-1})} =$$

$$x - p_1 p_1 - p_2 p_2 \dots - p_{n-1} p_{n-1} + \frac{p_1 p_1 q_1 q_1}{q_1 q_1 + x} + \frac{p_2 p_2 q_2 q_2}{q_2 q_2 + x} \dots + \frac{p_{n-1} q_{n-1} q_{n-1} q_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1} + x}.$$

Qua differentiata et posito post differentiationem $x = G_m$ aut $x = G$, eruitur, si valores ipsarum $\alpha_m \alpha_m$, $\alpha\alpha$ advocamus,

$$\frac{1}{\alpha_m \alpha_m} = \frac{p_1 p_1 q_1 q_1}{(G_m + q_1 q_1)^2} + \frac{p_2 p_2 q_2 q_2}{(G_m + q_2 q_2)^2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1} q_{n-1} q_{n-1}}{(G_m + q_{n-1} q_{n-1})^2} - 1,$$

$$\frac{1}{\alpha\alpha} = 1 - \frac{p_1 p_1 q_1 q_1}{(G + q_1 q_1)^2} - \frac{p_2 p_2 q_2 q_2}{(G + q_2 q_2)^2} \dots - \frac{p_{n-1} p_{n-1} q_{n-1} q_{n-1}}{(G + q_{n-1} q_{n-1})^2}.$$

Quoties igitur $G = 0$, fit

$$\frac{1}{\alpha\alpha} = 1 - \frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} - \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} \dots - \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1}}.$$

Collectis antecedentibus, casu quo supponitur, quod licet,

$$\frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1}} < 1,$$

si insuper scribitur $-x$, $-G_m$ loco x, G_m, habetur theorema sequens

Theorema.

„*Proposita functione*

$$„W = (p_1 + q_1 \xi_1)^2 + (p_2 + q_2 \xi_2)^2 \dots + (p_{n-1} + q_{n-1} \xi_{n-1})^2,$$

„*in qua statuitur:* $„\xi_1 \xi_1 + \xi_2 \xi_2 \dots + \xi_{n-1} \xi_{n-1} = 1,$

„*porro supponitur:* $„\frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1}} < 1:$

„*sint* $G_1, G_2, \dots G_{n-1}$ *radices aequationes:*

$$„\frac{p_1 p_1}{q_1 q_1 - x} + \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2 - x} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1} - x} = 1,$$

„*quae omnes erunt positivae; ac statuatur:*

$$„\frac{\sqrt{\left(\frac{p_1 p_1 q_1 q_1}{(G_m - q_1 q_1)^2} + \frac{p_2 p_2 q_2 q_2}{(G_m - q_2 q_2)^2} \dots + \frac{p_{n-1} p_{n-1} q_{n-1} q_{n-1}}{(G_m - q_{n-1} q_{n-1})^2} - 1\right)}}{\sqrt{\left(1 - \frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} - \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} \dots - \frac{p_{n-1} p_{n-1}}{q_{n-1} q_{n-1}}\right)}} . v_m$$

$$= \frac{1 - \frac{p_1 q_1 \xi_1}{G_m - q_1 q_1} - \frac{p_2 q_2 \xi_2}{G_m - q_2 q_2} \dots - \frac{p_{n-1} q_{n-1} \xi_{n-1}}{G_m - q_{n-1} q_{n-1}}}{1 + \frac{p_1 \xi_1}{q_1} + \frac{p_2 \xi_2}{q_2} \dots + \frac{p_{n-1} \xi_{n-1}}{q_{n-1}}};$$

„*erit etiam.*

$$„v_1 v_1 + v_2 v_2 \ldots + v_{n-1} v_{n-1} = 1;$$

„*ac habetur transformatio integralis multiplicis indefinita*

$$„\int^{n-2} \frac{\partial \xi_1 \, \partial \xi_2 \ldots \partial \xi_{n-2}}{\xi_{n-1}\left[(p_1+q_1\xi_1)^2+(p_2+q_2\xi_2)^2\ldots+(p_{n-1}+q_{n-1}\xi_{n-1})^2\right]^{\frac{n-1}{2}}}$$

$$= \int^{n-2} \frac{\partial v_1 \, \partial v_2 \ldots \partial v_{n-2}}{v_{n-1}\left[G_1 v_1 v_1 + G_2 v_2 v_2 \ldots + G_{n-1} v_{n-1} v_{n-1}\right]^{\frac{n-1}{2}}}."$$

Addo, si integrale propositum extenditur ad valores omnes variabilium $\xi_1, \xi_2, \ldots \xi_{n-1}$, qui satisfaciunt aequationi

$$\xi_1\xi_1 + \xi_2\xi_2 \ldots + \xi_{n-1}\xi_{n-1} = 1,$$

etiam integrale transformatum extendi ad valores omnes variabilium v_1, $v_2, \ldots v_{n-1}$, qui satisfaciunt aequationi

$$v_1 v_1 + v_2 v_2 \ldots + v_{n-1} v_{n-1} = 1.$$

Applicatis quaestionibus algebraicis, quas problemate I. suscepimus, ad transformationem singularem integralium multiplicium: iam quaestionibus illis maiorem conciliemus generalitatem, proponendo binas simul functiones quaslibet homogeneas secundi ordinis per substitutiones lineares transformandas in alias, quae solis variabilium quadratis constant. Quarum functionum altera in problemate I. erat summe quadratorum variabilium, ideoque iam carebat productis e binis conflatis. Quod igitur problema considerari debet ut casus specialis problematis. quod sequentibus proponimus.

Problem III.

„*Datas binas quaslibet functiones V, W homogeneas secundi or-*
„*dinis variabilium $x_1, x_2, \ldots x_n$ per substitutiones lineares huiusmodi.*

$$„x_1 = \beta_1' y_1 + \beta_1'' y_2 \ldots + \beta_1^{(n)} y_n,$$
$$„x_2 = \beta_2' y_1 + \beta_2'' y_2 \ldots + \beta_2^{(n)} y_n,$$
$$„\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots$$
$$„x_n = \beta_n' y_1 + \beta_n'' y_2 \ldots + \beta_n^{(n)} y_n,$$

„*transformare in alias variabilium $y_1, y_2, \ldots y_n$,*

$$„V = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 \ldots + G_n y_n y_n,$$
$$„W = H_1 y_1 y_1 + H_2 y_2 y_2 \ldots + H_n y_n y_n,$$

„*quae solis variabilium quadratis constant.*"

25.

Functiones V, W designemus hunc in modum

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, x_\varkappa\, x_\lambda,$$
$$W = \sum_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda}\, x_\varkappa\, x_\lambda,$$

quibus in summis numeris $\varkappa$, λ valores omnes tribuuntur $1, 2 \ldots\ldots n$. Statuamus porro

$$a_{\varkappa,\lambda} = a_{\lambda,\varkappa}, \quad b_{\varkappa,\lambda} = b_{\lambda,\varkappa},$$

ita ut termini in $x_\varkappa x_\lambda$ ducti, ubi $\varkappa$, λ diversi sunt, in functionibus illis sint

$$2a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda, \quad 2b_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda.$$

Supponamus, e substitutionibus propositis vice versa sequi:

$$\begin{aligned}
y_1 &= \alpha'_1 x_1 + \alpha'_2 x_2 \ldots\ldots + \alpha'_n x_n,\\
y_2 &= \alpha''_1 x_1 + \alpha''_2 x_2 \ldots\ldots + \alpha''_n x_n,\\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\\
y_n &= \alpha^{(n)}_1 x_1 + \alpha^{(n)}_2 x_2 \ldots\ldots + \alpha^{(n)}_n x_n.
\end{aligned}$$

Quibus expressionibus variabilium $y_1, y_2 \ldots\ldots y_n$ substitutis in aequationibus propositis:

$$1. \quad \begin{cases} V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 \ldots\ldots + G_n y_n y_n,\\ W = \sum_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda = H_1 y_1 y_1 + H_2 y_2 y_2 \ldots\ldots + H_n y_n y_n,\end{cases}$$

singulos comparando terminos nanciscimur:

$$2. \quad \begin{cases} a_{\varkappa,\lambda} = G_1 \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + G_2 \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda \ldots\ldots + G_n \alpha^{(n)}_\varkappa \alpha^{(n)}_\lambda,\\ b_{\varkappa,\lambda} = H_1 \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + H_2 \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda \ldots\ldots + H_n \alpha^{(n)}_\varkappa \alpha^{(n)}_\lambda.\end{cases}$$

Determinantur autem coëfficientes $\alpha^{(m)}_\varkappa$ per coëfficientes substitutionum propositarum $\beta^{(m)}_\varkappa$, uti facile patet, per formulas

$$3. \quad \begin{cases} 1 = \alpha^{(\varkappa)}_1 \beta^{(\varkappa)}_1 + \alpha^{(\varkappa)}_2 \beta^{(\varkappa)}_2 \ldots\ldots + \alpha^{(\varkappa)}_n \beta^{(\varkappa)}_n,\\ 0 = \alpha^{(\varkappa)}_1 \beta^{(\lambda)}_1 + \alpha^{(\varkappa)}_2 \beta^{(\lambda)}_2 \ldots\ldots + \alpha^{(\varkappa)}_n \beta^{(\lambda)}_n,\end{cases}$$

in quarum postrema $\varkappa$, λ, diversi supponuntur. Hinc nanciscimur e (2.):

$$4. \quad \begin{cases} \beta^{(\lambda)}_1 a_{\varkappa,1} + \beta^{(\lambda)}_2 a_{\varkappa,2} \ldots\ldots + \beta^{(\lambda)}_n a_{\varkappa,n} = G_\lambda \alpha^{(\lambda)}_\varkappa,\\ \beta^{(\lambda)}_1 b_{\varkappa,1} + \beta^{(\lambda)}_2 b_{\varkappa,2} \ldots\ldots + \beta^{(\lambda)}_n b_{\varkappa,n} = H_\lambda \alpha^{(\lambda)}_\varkappa.\end{cases}$$

Unde posito brevitatis causa

$$5. \quad H_\lambda . a_{\varkappa,\varkappa'} - G_\lambda b_{\varkappa,\varkappa'} = I^{(\lambda)}_{\varkappa,\varkappa'} = I^{(\lambda)}_{\varkappa',\varkappa},$$

habetur e (4.):

$$6. \quad I^{(\lambda)}_{\varkappa,1} \beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{\varkappa,2} \beta^{(\lambda)}_2 \ldots\ldots + I^{(\lambda)}_{\varkappa,n} \beta^{(\lambda)}_n = 0.$$

Quae formula, posito $1, 2, \ldots\ldots n$ loco $\varkappa$, suppeditat n aequationes sequentes.

$$7.\quad \begin{cases} I^{(\lambda)}_{1,1}\beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{1,2}\beta^{(\lambda)}_2 \dots + I^{(\lambda)}_{1,n}\beta^{(\lambda)}_n = 0, \\ I^{(\lambda)}_{2,1}\beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{2,2}\beta^{(\lambda)}_2 \dots + I^{(\lambda)}_{2,n}\beta^{(\lambda)}_n = 0, \\ \dots\dots\dots\dots \\ I^{(\lambda)}_{n,1}\beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{n,2}\beta^{(\lambda)}_2 \dots + I^{(\lambda)}_{n,n}\beta^{(\lambda)}_n = 0. \end{cases}$$

De quibus aequationibus eliminatis $\beta^{(\lambda)}_1, \beta^{(\lambda)}_2 \dots \beta^{(\lambda)}_n$, habes aequationem conditionalem

$$8.\quad \Sigma \pm I^{(\lambda)}_{1,1} I^{(\lambda)}_{2,2} \dots I^{(\lambda)}_{n,n} = 0.$$

De qua aequatione valorem expressionis

$$\frac{G_\lambda}{H_\lambda},$$

per resolutionem aequationis algebraicae n^{ti} ordinis eruis; cuius radices omnes obtines, ponendo pro λ valores $1, 2, \dots n$. Hinc si statuimus

$$I_{x,x'} = H a_{x,x'} - G b_{x,x'},$$

habetur aequatio, respectu ipsarum G, H identica:

$$9.\quad \Sigma \pm I_{1,1} I_{2,2} \dots I_{n,n}$$

$$= \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} . \left(H - \frac{GH_1}{G_1}\right)\left(H - \frac{GH_2}{G_2}\right)\dots\left(H - \frac{GH_n}{G_n}\right)$$

$$= \Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n} . \left(\frac{G_1 H}{H_1} - G\right)\left(\frac{G_2 H}{H_2} - G\right)\dots\left(\frac{G_n H}{H_n} - G\right).$$

E quantitatibus autem G_λ, H_λ alteram semper pro arbitris accipere licet, quippe quarum rationem tantum problemate proposito derterminari, facile patet. E quibus cum etiam I_λ innotescat, e quibuslibet $n-1$ aequationibus, de aequationibus (7.) desumtis, obtines rationes, in quibus sunt

$$\beta^{(\lambda)}_1,\quad \beta^{(\lambda)}_2,\quad \dots\quad \beta^{(\lambda)}_n,$$

per ipsas $I^{(\lambda)}_{x,x'}$ rationaliter expressas. Unde ipsarum $\beta^{(\lambda)}_x$ valores facile derivantur.

Adnotemus adhuc formulas, quae e (2.) sequuntur:

$$10.\quad \begin{cases} a_{x,1}x_1 + a_{x,2}x_2 \dots + a_{x,n}x_n = G_1 \alpha'_x y_1 + G_2 \alpha''_x y_2 + \dots + G_n \alpha^{(n)}_x y_n; \\ b_{x,1}x_1 + b_{x,2}x_2 \dots + b_{x,n}x_n = H_1 \alpha'_x y_1 + H_2 \alpha''_x y_2 + \dots + H_n \alpha^{(n)}_x y_n. \end{cases}$$

26.

Eadem methodo, qua in problemate I. usi sumus, coëfficientium

$$\beta^{(\lambda)}_1,\quad \beta^{(\lambda)}_2,\quad \dots\quad \beta^{(\lambda)}_n$$

quadrata et binorum producta de formulis (7.) derivantur. Supponamus enim aequationes

$$11.\quad \begin{cases} I^{(\lambda)}_{1,1}u_1 + I^{(\lambda)}_{1,2}u_2 \dots + I^{(\lambda)}_{1,n}u_n = w_1, \\ I^{(\lambda)}_{2,1}u_1 + I^{(\lambda)}_{2,2}u_2 \dots + I^{(\lambda)}_{2,n}u_n = w_2, \\ \dots\dots\dots\dots \\ I^{(\lambda)}_{n,1}u_1 + I^{(\lambda)}_{n,2}u_2 \dots + I^{(\lambda)}_{n,n}u_n = w_n. \end{cases}$$

de quibus vice versa sequantur:

$$12. \quad \begin{cases} K^{(\lambda)}_{1,1} w_1 + K^{(\lambda)}_{2,1} w_2 \ldots + K^{(\lambda)}_{n,1} = u_1 \Sigma \pm I^{(\lambda)}_{1,1} I^{(\lambda)}_{2,2} \ldots I^{(\lambda)}_{n,n}, \\ K^{(\lambda)}_{1,2} w_1 + K^{(\lambda)}_{2,2} w_2 \ldots + K^{(\lambda)}_{n,2} = u_2 \Sigma \pm I^{(\lambda)}_{1,1} I^{(\lambda)}_{2,2} \ldots I^{(\lambda)}_{n,n}, \\ \cdots \\ K^{(\lambda)}_{1,n} w_1 + K^{(\lambda)}_{2,n} w_2 \ldots + K^{(\lambda)}_{n,n} = u_n \Sigma \pm I^{(\lambda)}_{1,1} I^{(\lambda)}_{2,2} \ldots I^{(\lambda)}_{n,n}; \end{cases}$$

ubi ex iis, quae in problemate I. adnotavimus, fit rursus

$$K_{\varkappa,\varkappa'} = K_{\varkappa',\varkappa}.$$

His statutis, fit per eandem ratiocinationem, quam §. 9. adhibuimus,

$$13. \quad \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'} = p^{(\lambda)} K^{(\lambda)}_{\varkappa,\varkappa'},$$

multiplicatore $p^{(\lambda)}$ eodem manente pro omnibus valoribus indicum $\varkappa$, $\varkappa'$. Cuius ut eruatur valor, observo, per substitutiones propositas haberi e (1.):

$$14. \quad \begin{cases} \sum_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'} = G_\lambda; \\ \sum_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'} = H_\lambda; \end{cases}$$

porro ubi λ, λ' sunt numeri diversi:

$$15. \quad \begin{cases} \sum_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda')}_{\varkappa'} = 0, \\ \sum_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda')}_{\varkappa'} = 0. \end{cases}$$

Unde iam habetur e (13.):

$$16. \quad p^{(\lambda)} = \frac{G_\lambda}{\sum_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} K^{(\lambda)}_{\varkappa,\varkappa'}} = \frac{H_\lambda}{\sum_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} K^{(\lambda)}_{\varkappa,\varkappa'}},$$

27.

Alium modum determinandi quantitates $\beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'}$, nancisceris differentiando aequationes (14.) secundum constantes $a_{\varkappa,\varkappa'}$, $b_{\varkappa,\varkappa'}$, quae functiones V, W afficiunt. Eum in finem observo, fieri e (4.):

$$17. \quad \begin{cases} \sum_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \partial . \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'} = 2 \sum_{\varkappa} \left(\partial \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \sum_{\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'} \right) = 2\, G_\lambda \sum_{\varkappa} \alpha^{(\lambda)}_{\varkappa} \partial \beta^{(\lambda)}_{\varkappa}, \\ \sum_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \partial . \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'} = 2 \sum_{\varkappa} \left(\partial \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \sum_{\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa'} \right) = 2\, H_\lambda \sum_{\varkappa} \alpha^{(\lambda)}_{\varkappa} \partial \beta^{(\lambda)}_{\varkappa}. \end{cases}$$

Unde habes, differentiando (14.) secundum $a_{\varkappa,\varkappa}$, $b_{\varkappa,\varkappa}$:

$$18. \quad \begin{cases} \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}} = \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} + 2\, G_\lambda \sum_{\varkappa} \alpha^{(\lambda)}_{\varkappa} \dfrac{\partial \beta^{(\lambda)}_{\varkappa}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}} = \qquad 2\, H_\lambda \sum_{\varkappa} \alpha^{(\lambda)}_{\varkappa} \dfrac{\partial \beta^{(\lambda)}_{\varkappa}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}, \\ \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}} = \qquad 2\, G_\lambda \sum_{\varkappa} \alpha^{(\lambda)}_{\varkappa} \dfrac{\partial \beta^{(\lambda)}_{\varkappa}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}} = \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} \beta^{(\lambda)}_{\varkappa} + 2\, H_\lambda \sum_{\varkappa} \alpha^{(\lambda)}_{\varkappa} \dfrac{\partial \alpha^{(\lambda)}_{\varkappa}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}}; \end{cases}$$

porro, quoties $\varkappa$ et $\varkappa'$ diversi sunt:

$$19.\quad \begin{cases} \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}} = 2\beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} + 2G_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}} = \qquad\qquad 2H_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}}, \\ \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}} = \qquad\qquad 2G_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}} = 2\beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} + 2H_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}}, \end{cases}$$

E (18.) sequitur:

$$20.\quad \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = \frac{H_\lambda\,\partial G_\lambda - G_\lambda\,\partial H_\lambda}{H_\lambda\,\partial a_{\varkappa,\varkappa}} = \frac{G_\lambda\,\partial H_\lambda - H_\lambda\,\partial G_\lambda}{G_\lambda\,\partial b_{\varkappa,\varkappa}};$$

e (19.) sequitur:

$$21.\quad \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_\varkappa^{(\lambda)} = \frac{H_\lambda\,\partial G_\lambda - G_\lambda\,\partial H_\lambda}{2H_\lambda\,\partial a_{\varkappa,\varkappa'}} = \frac{G\;\partial H_\lambda - H_\lambda\,\partial G_\lambda}{2G_\lambda\,\partial b_{\varkappa,\varkappa'}}.$$

Quae sunt formulae quaesitae. E quibus videmus, etiam hic, uti in problemate I. magis speciali, unica formata aequatione n^{ti} gradus, cuius radices sunt

$$\frac{G_\lambda}{H_\lambda},$$

totum confici problema. Videlicet per differentialia partialia harum quantitatum, sumta secundum constantes, quae alterutram functionem propositam afficiunt, statim habentur e (20.), (21.) quantitates

$$\beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_\varkappa^{(\lambda)},\quad \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)},$$

unde per extractionem radicis quadraticae ipsi substitutionis propositae coëfficientes $\beta_\varkappa^{(\lambda)}$ prodeunt.

28.

Valores expressionum

$$H_\lambda\,\partial G_\lambda - G_\lambda\,\partial H_\lambda$$

de aequatione, cuius radices sunt $\frac{G_\lambda}{H_\lambda}$, invenimus hunc in modum. Sit brevitatis causa:

$$22.\quad \begin{cases} \Sigma \pm I_{1,1}\, I_{2,2} \ldots\ldots I_{n,n} = I, \\ \Sigma \pm a_{1,1}\, a_{2,2} \ldots\ldots a_{n,n} = A, \\ \Sigma \pm b_{1,1}\, b_{2,2} \ldots\ldots b_{n,n} = B; \end{cases}$$

est e (9.):

$$23.\quad I = A\left(H - \frac{GH_1}{G_1}\right)\left(H - \frac{GH_2}{G_2}\right)\ldots\ldots\left(H - \frac{GH_n}{G_n}\right)$$
$$= B\left(\frac{G_1 H}{H_1} - G\right)\left(\frac{G_2 H}{H_2} - G\right)\ldots\ldots\left(\frac{G_n H}{H_n} - G\right),$$

quae aequationes respectu ipsarum G, H identicae sunt. De quibus, cum

sequatur:

$$24.\quad \frac{A}{B} = \frac{G_1 G_2 \ldots . G_n}{H_1 H_2 \ldots . H_n},$$

simul statuere licet:

$$25.\quad \begin{cases} A = G_1 G_2 \ldots . G_n, \\ B = H_1 H_2 \ldots . H_n. \end{cases}$$

Alteram enim quantitatem ex iis, quae §. 25. diximus, ex arbitrio accipere licet. Hinc aequationes (23.) magis concinne exhibere licet hunc in modum:

$$26.\quad I = (G_1 H - H_1 G)(G_2 H - H_2 G) \ldots . (G_n H - H_n G).$$

Differentiata hac aequatione secundum G, H, $a_{x,x'}$, $b_{x,x'}$, ac posito post differentiationem $G = G_\lambda$, $H = H_\lambda$, provenit:

$$27.\quad -\frac{\partial I}{H_\lambda \partial G} = \frac{\partial I}{G_\lambda \partial H} = (G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda) \ldots . (G_n H_\lambda - H_n G_\lambda),$$

quo in producto omitti debet factor evanescens

$$G_\lambda H_\lambda - H_\lambda G_\lambda;$$

porro fit:

$$28.\quad \begin{cases} \dfrac{\partial I}{\partial a_{x,x'}} = (G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda) \ldots . (G_n H_\lambda - H_n G_\lambda) \dfrac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial a_{x,x'}}, \\ \dfrac{\partial I}{\partial b_{x,x'}} = (G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda) \ldots . (G_n H_\lambda - H_n G_\lambda) \dfrac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial b_{x,x'}}; \end{cases}$$

sive e (27.):

$$29.\quad \begin{cases} \dfrac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial a_{x,x'}} = -H_\lambda \dfrac{\frac{\partial I}{\partial a_{x,x'}}}{\frac{\partial I}{\partial G}} = G_\lambda \dfrac{\frac{\partial I}{\partial a_{x,x'}}}{\frac{\partial I}{\partial H}}, \\ \dfrac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial b_{x,x'}} = -H_\lambda \dfrac{\frac{\partial I}{\partial b_{x,x'}}}{\frac{\partial I}{\partial G}} = G_\lambda \dfrac{\frac{\partial I}{\partial b_{x,x'}}}{\frac{\partial I}{\partial H}} \end{cases}$$

Unde habetur e (20.), (21.):

$$30.\quad \begin{cases} \beta_x^{(\lambda)} \beta_x^{(\lambda)} = \dfrac{G_\lambda}{H_\lambda} \cdot \dfrac{\frac{\partial I}{\partial a_{x,x}}}{\frac{\partial I}{\partial H}} = \dfrac{H_\lambda}{G_\lambda} \cdot \dfrac{\frac{\partial I}{\partial b_{x,x}}}{\frac{\partial I}{\partial G}}, \\ \beta_x^{(\lambda)} \beta_{x'}^{(\lambda)} = \dfrac{G_\lambda}{H_\lambda} \cdot \dfrac{\frac{\partial I}{2\partial a_{x,x'}}}{\frac{\partial I}{\partial H}} = \dfrac{H_\lambda}{G_\lambda} \cdot \dfrac{\frac{\partial I}{2\partial b_{x,x'}}}{\frac{\partial I}{\partial G}}. \end{cases}$$

Quibus formulis collatis cum (13.), (16.), colligitur:

$$31.\quad \begin{cases} \dfrac{\partial I}{\partial H} = \sum\limits_{\kappa,\kappa'} a_{\kappa,\kappa'} K^{(\lambda)}_{\kappa,\kappa'}, \\[2mm] \dfrac{\partial I}{\partial G} = -\sum\limits_{\kappa,\kappa'} b_{\kappa,\kappa'} K^{(\lambda)}_{\kappa,\kappa'}, \\[2mm] \dfrac{\partial I}{H_\lambda \partial a_{\kappa,\kappa'}} = -\dfrac{\partial I}{G_\lambda \partial b_{\kappa,\kappa'}} = K^{(\lambda)}_{\kappa,\kappa'}, \\[2mm] \dfrac{\partial I}{2H_\lambda \partial a_{\kappa,\kappa}} = -\dfrac{\partial I}{2G_\lambda \partial b_{\kappa,\kappa}} = K^{(\lambda)}_{\kappa,\kappa}. \end{cases}$$

Quibus in formulis, sicuti in antecedentibus, post differentiationem ponendum est $G = G_\lambda$, $H = H_\lambda$. Fit porro e (16.), (27.) (31.):

$$32.\quad \varrho^{(\lambda)} = \frac{1}{(G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda)\dots(G_n H_\lambda - H_n G_\lambda)},$$

ideoque

$$33.\quad \beta^{(\lambda)}_\kappa \beta^{(\lambda)}_{\kappa'} = \frac{K^{(\lambda)}_{\kappa,\kappa'}}{(G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda)\dots(G_n H_\lambda - H_n G_\lambda)}.$$

Docent formulae (30.) unica formata aequatione $I = 0$, cuius radices $\frac{G_1}{H_1}, \frac{G_2}{H_2} \dots \frac{G_n}{H_n}$, determinari etiam ipsos substitutionis propositae coëfficientes $\beta^{(\lambda)}_\kappa$.

29.

Alia formularum systemata memoratu digna hoc modo inveniuntur. Statuamus:

$$34.\quad \begin{cases} a_{\kappa,1} x_1 + a_{\kappa,2} x_2 \dots + a_{\kappa,n} x_n = t_\kappa, \\ b_{\kappa,1} x_1 + b_{\kappa,2} x_2 \dots + b_{\kappa,n} x_n = v_\kappa, \end{cases}$$

de quibus aequationibus vice versa sequuntur hae:

$$35.\quad \begin{cases} (\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}) x_\kappa = A x_\kappa = A_{\kappa,1} t_1 + A_{\kappa,2} t_2 \dots + A_{\kappa,n} t_n, \\ (\Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n}) x_\kappa = B x_\kappa = B_{\kappa,1} v_1 + B_{\kappa,2} v_2 \dots + B_{\kappa,n} v_n. \end{cases}$$

Fit autem e (10.), (34.) etiam

$$36.\quad \begin{cases} \alpha'_\kappa . G_1 y_1 + \alpha''_\kappa . G_2 y_2 \dots + \alpha^{(n)}_\kappa . G_n y_n = t_\kappa, \\ \alpha'_\kappa . H_1 y_1 + \alpha''_\kappa . H_2 y_2 \dots + \alpha^{(n)}_\kappa . H_n y_n = v_\kappa, \end{cases}$$

de quibus aequationibus deducitur:

$$37.\quad \begin{cases} G_\kappa y_\kappa = \beta^{(\kappa)}_1 t_1 + \beta^{(\kappa)}_2 t_2 \dots + \beta^{(\kappa)}_n t_n, \\ H_\kappa y_\kappa = \beta^{(\kappa)}_1 v_1 + \beta^{(\kappa)}_2 v_2 \dots + \beta^{(\kappa)}_n v_n. \end{cases}$$

Substituatur in his aequationibus:

$$y_\kappa = \alpha^{(\kappa)}_1 x_1 + \alpha^{(\kappa)}_2 x_2 \dots + \alpha^{(\kappa)}_n y_n;$$

quo facto de iis porro deducitur:

$$38.\quad\begin{cases} x_\varkappa = \frac{\beta'_\varkappa}{G_1}(\beta'_1 t_1 + \beta'_2 t_2 \ldots + \beta'_n t_n) + \\ \quad\frac{\beta''_\varkappa}{G_2}(\beta''_1 t_1 + \beta''_2 t_2 \ldots + \beta''_n t_n) + \\ \quad\cdots\cdots\cdots\cdots \\ \quad\frac{\beta^{(n)}_\varkappa}{G_n}(\beta^{(n)}_1 t_1 + \beta^{(n)}_2 t_2 \ldots + \beta^{(n)}_n t_n); \\ x_\varkappa = \frac{\beta'_\varkappa}{H_1}(\beta'_1 v_1 + \beta'_2 v_2 \ldots + \beta'_n v_n) + \\ \quad\frac{\beta''_\varkappa}{H_2}(\beta''_1 v_1 + \beta''_2 v_2 \ldots + \beta''_n v_n) + \\ \quad\cdots\cdots\cdots\cdots \\ \quad\frac{\beta^{(n)}_\varkappa}{H_n}(\beta^{(n)}_1 v_1 + \beta^{(n)}_2 v_2 \ldots + \beta^{(n)}_n v_n). \end{cases}$$

Quibus formulis comparatis cum (35.), predit:

$$39.\quad\begin{cases} \frac{A_{\varkappa,\lambda}}{A} = \frac{\beta'_\varkappa \beta'_\lambda}{G_1} + \frac{\beta''_\varkappa \beta''_\lambda}{G_2} \ldots + \frac{\beta^{(n)}_\varkappa \beta^{(n)}_\lambda}{G_n}, \\ \frac{B_{\varkappa,\lambda}}{B} = \frac{\beta'_\varkappa \beta'_\lambda}{H_1} + \frac{\beta''_\varkappa \beta''_\lambda}{H_2} \ldots + \frac{\beta^{(n)}_\varkappa \beta^{(n)}_\lambda}{H_n}. \end{cases}$$

Si in his aequationibus per coëfficientes $\alpha^{(\varkappa)}_\lambda$ exhibemus coëfficientes $\beta^{(\varkappa)}_\lambda$ nec non quantitates $\alpha_{\varkappa,\varkappa'}$, quod fit per formulas (2), aequationes illae identicae evadere debent. Afficiuntur autem coëfficientes $\beta^{(\varkappa)}_\lambda$ omnes eodem denominatore

$$\Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(n)}_n.$$

Unde si expressiones (39.) sub eundem denominatorem redigimus, ac denominatores in utraque aequationum parte aequiparamus, colligitur:

Faciliori negotio eadem aequatio per formulas analyticas probatur. In formulis enim (6.) et (8.) §i 23. *Fund. nov.* posito $n=7$ obtinemus:

$$\lambda = \varkappa^7.\left\{\sin\operatorname{coam}\frac{2w}{7}\cdot\sin\operatorname{coam}\frac{4w}{7}\cdot\sin\operatorname{coam}\frac{6w}{7}\right\}^4$$

$$\lambda' = \frac{k'^7}{\left\{\Delta\operatorname{am}\frac{2w}{7}\cdot\Delta\operatorname{am}\frac{4w}{7}\cdot\Delta\operatorname{am}\frac{6w}{7}\right\}^4}$$

cum vero sit:

$$\sin\operatorname{coam}u = \frac{\cos\operatorname{am}u}{\Delta\operatorname{am}u}$$

eruitur:

$$\sqrt[4]{(\varkappa.\lambda)}+\sqrt[4]{(\varkappa'.\lambda')} = \frac{\varkappa.\varkappa.\cos\operatorname{am}\frac{2w}{7}\cdot\cos\operatorname{am}\frac{4w}{7}\cdot\cos\operatorname{am}\frac{6w}{7}+\varkappa'.\varkappa'}{\Delta\operatorname{am}\frac{2w}{7}\cdot\Delta\operatorname{am}\frac{4w}{7}\cdot\Delta\operatorname{am}\frac{6w}{7}}.$$

Iam, posito:

$$\operatorname{am}(a)=\alpha,\quad \operatorname{am}(b)=\beta,\quad \operatorname{am}(a+b)=\gamma,$$

habetur formula nota:

$$\cos\alpha.\cos\beta-\sin\alpha.\sin\beta.\Delta\gamma=\cos\gamma.$$

Unde, posito $K-a$, $K-b$ loco a, b, deducitur sequens:

$$\cos\alpha.\cos\beta.\Delta\gamma-\varkappa'.\varkappa'.\sin\alpha.\sin\beta = \Delta\alpha.\Delta\beta.\cos\gamma.$$

Hanc aequationem ducamus in $\Delta\gamma$, antecedentem in $\varkappa'.\varkappa'$; subtractione facta, cum sit

$$\Delta^2\gamma-\varkappa'.\varkappa' = \varkappa^2.\cos^2\gamma,$$

nanciscimur formulam memorabilem:

$$\varkappa^2.\cos\alpha.\cos\beta.\cos\gamma = \Delta\alpha.\Delta\beta.\Delta\gamma-\varkappa'.\varkappa'.$$

Quam dedit Cl. Legendre (*Funct. Ell. Tom. III. pag.* 196.), de formulis generalioribus deductam. Hinc si ponimus:

$$\alpha=\operatorname{am}(a)=\operatorname{am}\left(\frac{2w}{7}\right),\quad \beta=\operatorname{am}(b)=\operatorname{am}\left(\frac{4w}{7}\right),\quad \gamma=\operatorname{am}(a+b)=\operatorname{am}\left(\frac{6w}{7}\right);$$

prodit:

$$\sqrt[4]{(\varkappa.\lambda)}+\sqrt[4]{(\varkappa'.\lambda')} = \frac{\varkappa\varkappa\cos\alpha\cos\beta\cos\gamma+\varkappa'\varkappa'}{\Delta\alpha\Delta\beta\Delta\gamma} = 1.$$

Q. E. D.

Restat nunc, ut, ope aequationis modularis coefficientes α, β in formam concinniorem redigamus, et multiplicatorem M determinemus. Est vero (*Fund. nov.* §. 32.), pro casu $n=7$:

$$M.M = \tfrac{1}{7}\cdot\frac{\lambda.(1-\lambda.\lambda).\partial\varkappa}{\varkappa.(1-\varkappa.\varkappa).\partial\lambda} = \tfrac{1}{7}\cdot\frac{v.(1-v^8).\partial u}{u.(1-u^8).\partial v}.$$

Valorem coefficientis differentialis $\frac{\partial u}{\partial v}$ invenimus ex aequatione (8.):

$$\frac{\partial u}{\partial v} = \frac{u.(1-u.v)^7-v^7.(1-u^8)}{u^7.(1-v^8)-v.(1-u.v)^7},$$

quae fractio, multiplicatis et numeratore et denominatore per $(1-u.v)$, deinde posito valore ipsius $(1-u.v)^8$ ex aequatione (8.), transit in:

$$\frac{\partial u}{\partial v} = \frac{1-u^8}{1-v^8}\cdot\frac{u-v^7}{u^7-v},$$

unde deducitur:

$$9. \quad MM = \tfrac{1}{7}\cdot\frac{v(u-v^7)}{u(u^7-v)}.$$

Ponas in hac expressione pro numero 7, quod licet *),

$$7 = \frac{1-u^7.v^7-(1-u.v)^7}{u.v.(1-u.v).(1-u.v+u^2.v^2)^2},$$

aut multiplicato et numeratore et denominatore per $(1-u.v)$,

$$7 = \frac{(u-v^7).(u^7-v)}{u.v.(1-uv)^2.(1-u.v+u^2.v^2)^2},$$

accipis:

$$MM = \frac{v^2.(1-u.v)^2.(1-u.v+u^2.v^2)^2}{(v-u^7)^2};$$

ergo:

$$10. \quad M = \frac{v.(1-u.v).(1-u.v+u^2.v^2)}{v-u^7}.$$

Quod ad γ, jam ex aequatione (6.) notum est:

$$11. \quad \gamma = \frac{u^7}{v}.$$

Ut α determinemus, esse scimus (*Fund. nov.* §. 14.)

$$M = \frac{1}{a},$$

sive, cum sit $a = 1+2\alpha$:

$$M = \frac{1}{1+2\alpha},$$

ergo:

$$12. \quad \alpha = \frac{1}{M}-1 = \frac{u}{2v}\cdot\frac{u^2(v^4-u^4)+2u.v.(1-u.v)}{(1-u.v)(1-u.v+u^2.v^2)}.$$

Cujus valoris ope ex aequatione (3.) deducitur

$$13. \quad \beta = \frac{u^3}{2v}\cdot\frac{v^4-u^4+2u^5.v.(1-u.v)}{(1-u.v)(1-u.v+u^2.v^2)}.$$

Aequationibus (9.), (10.), (11.), (12.), (13.) omnia sunt data, quae in transformatione septimi ordinis desiderari possint.

---

*) Est enim identice: $(1-u.v)^7 = 1-u^7.v^7-7u.v(1-u.v)(1-u.v+u^2.v^2)^2$, quam aequationem nuper Cl. Lejeune Dirichlet in theoremate Fermatiano tractando prospere adhibuit. (v. hoc Diar. Tom. IX. pag. 390.)

14.

Aequationes modulares pro transformatione functionum ellipticarum et undecimi et decimi tertii et decimi septimi ordinis.

(Auctore Dr. *L. A. Sohncke* Regiom.)

Commentatione commotus antecedente, quam Dr. Guetzlaff, quo amico intimo utor, mecum communicabat, in aequationum modularium naturam accuratius inquisivi; quo factum est, ut aequationes modulares pro transformationibus ordinum 11, 13, 17 invenirem, quas hic addere juvat. Deducendi vero ratio, a praecedente omnino aliena, analystis mox offeram.

Hae aequationes sunt:
pro transformatione undecimi ordinis:

$$(v-u)^{11}.(v+u)-22u.v(1+u^2).(1-v^2).\{(v^2+u^2)^2+4u^2.v^2.(1-u^2.v^2).(1-u^2).(1+v^2)\}$$
$$-32u.v(1+u^{10})(1-v^{10})+44u^2.v^2(v^4-u^4)(1-u^4)(1-v^4)=0$$

pro decimo tertio ordine:

$$(v-u)^{13}(v+u)-4uv(1+u^4)(1-v^4).\{3(v^2+u^2)^4+40u^2.v^2(v^2+u^2)^2+48u^4v^4$$
$$+16(1-u^4.v^4)(1-u^4)(1-v^4)\}=0$$

pro decimo septimo ordine:

$$(v-u)^{18}-16uv(1-u^8)(1-v^8).\{17uv(v-u)^6-(v^4-u^4)^2+16(1+u^4.v^4)^2\}=0.$$

Scr. mens. Jan. 1834. ad Univ. Regimontianam.

15.

Beantwortung der im 11ten Bande dieses Journals S. 200. vorgelegten Frage. No. 4.

(Von Herrn Dr. *F. Minding* zu Berlin.)

„Welche Form erhält ein vollkommen biegsamer und gleichmäfsig schwerer „Faden, welchen die Oberfläche einer absolut glatten Kugel trägt, durch „die Schwere, wenn die beiden Endpuncte des Fadens auf der Kugel be„festigt sind?"

Nach bekannten Grundsätzen der analytischen Mechanik erhält man zur Bestimmung der Lage eines biegsamen Fadens, auf einer gegebenen Fläche, deren Differentialgleichung in rechtwinkligen Coordinaten durch

$$u\,dx + v\,dy + w\,dz = 0$$

vorgestellt wird, die drei Gleichungen

$$d\left(t\frac{dx}{ds}\right) + qu\,ds + X\,ds = 0,$$

$$d\left(t\frac{dy}{ds}\right) + qv\,ds + Y\,ds = 0,$$

$$d\left(t\frac{dz}{ds}\right) + qw\,ds + Z\,ds = 0,$$

wenn X, Y, Z die Kräfte bedeuten, welche auf einen Punct des Fadens wirken, und t, q zwei unbestimmte Coefficienten sind, von denen der erste die Spannung des Fadens, der zweite den Druck, den die Fläche erleidet, anzeigt.

In dem vorgelegten Falle ist die Gleichung der Fläche

$$x^2 + y^2 + z^2 = 1,$$

und, wenn x und y horizontal, z vertical genommen werden,

$$X = 0, \quad Y = 0, \quad Z = g.$$

Man erhält daher

$$d\left(t\frac{dx}{ds}\right) + qx\,ds = 0. \quad d\left(t\frac{dy}{ds}\right) + qy\,ds = 0. \quad d\left(t\frac{dz}{ds}\right) + qz\,ds + g\,ds = 0.$$

Multiplicirt man diese Gleichungen respective mit $\frac{dx}{ds}$, $\frac{dy}{ds}$, $\frac{dz}{ds}$, und addirt sie, so kommt, weil $ds^2 = dx^2 + dy^2 + dz^2$ ist,

$$dt + g\,dz = 0 \quad \text{oder} \quad t + gz = \text{const.}$$

Eliminirt man q aus den beiden ersten Gleichungen, so erhält man

$$yd\left(t\frac{dx}{ds}\right) = xd\left(t\frac{dy}{ds}\right),$$

oder, wenn man $t = -g(h+s)$ setzt,

$$yd\left(h+s\cdot\frac{dx}{ds}\right) = xd\left(h+s\cdot\frac{dy}{ds}\right).$$

Dieselbe Gleichung kann man auch erhalten, wenn man die Curve sucht, welche, auf einer Kugel befindlich, bei gegebener Länge den am tiefsten liegenden Schwerpunct hat, für welche daher das Integral $\int(h+s)ds$ (worinnen h eine Constante ist), in der ganzen Ausdehnung der Curve genommen, ein Maximum wird. Man erhält, wenn man x und y als abhängig von s betrachtet, durch Variation dieser Functionen die Gleichung:

$$d\left(h+z\cdot\frac{dx}{ds}\right)\delta x + d\left(h+s\cdot\frac{dy}{ds}\right)\delta y = 0.$$

Schafft man aus dieser, vermittelst der Gleichung

$$x\delta x + y\delta y = 0,$$

die Variationen hinweg, so folgt:

$$yd\left(h+s\cdot\frac{dx}{ds}\right) = xd\left(h+s\cdot\frac{dy}{ds}\right);$$

wie vorhin.

Die weitere Entwickelung ergiebt:

$$\left\{yd\left(\frac{dx}{ds}\right) - xd\left(\frac{dy}{ds}\right)\right\}(h+s) + \frac{y\,dx - x\,dy}{ds}\,ds = 0,$$

woraus als erstes Integral

$$(y\,dx - x\,dy)(h+s) + k\,ds = 0$$

hervorgeht, wenn k die Constante bezeichnet.

Zur weiteren Integration setze man $x = r\cos\varphi$, $y = r\sin\varphi$; alsdann wird $y\,dx - x\,dy = -r^2 d\varphi$; mithin geht die vorliegende Gleichung über in:

$$(h+s)r^2 d\varphi = k\,ds.$$

Ferner ist

$$ds^2 = r^2 d\varphi^2 + dr^2 + dz^2 = r^2 d\varphi^2 + \frac{ds^2}{1-s^2};$$

daher

$$(h+s)^2 r^4 d\varphi^2 = k^2\left\{r^2 d\varphi^2 + \frac{ds^2}{1-s^2}\right\},$$

$$r^2\{r^2(h+z)^2 - k^2\}\,d\varphi^2 = \frac{k^2 ds^2}{1-s^2};$$

folglich

$$d\varphi = \frac{k\,ds}{1-s^2.\sqrt{\{(1-s^2)(h+s)^2 - k^2\}}}$$

als Differentialgleichung der Curve eines auf einer Kugel ruhenden, gleichmäfsig schweren, biegsamen Fadens.

16.

De integralibus Abelianis primi ordinis commentatio prima.

(Auct. *F. Richelot*, prof. math. Regiom.)

Introductio.

Clarissimus Eulerus comparationem quantitatum transcendentium contentarum in forma:

$$\int\frac{Pdz}{\sqrt{(A+2Bz+Cz^2+2Dz^3+Dz^4)}}$$

per eandem ipsius methodum peculiarem, qua ad comparationem huiusmodi transcendentium:

$$\int\frac{P\partial z}{\sqrt{(A+2Bz+Cz^2)}}$$

usus est, investigatam in sexto sectionis secundae institutionum calculi integralis capite exposuit. Dum vero haec integralia ad functiones circulares ac logarithmos reducuntur, aeque ac per illorum comparationem algebraicam illustris functionum ellipticarum theoriae theorema fundamentale exhibitum est, immortalis auctor, illas ipsius methodos ad alias transcendentes functiones, quae ab integralibus magis complexis dependeant, extendi non posse, pronuntiat. Ipse enim in problematis octagesimi scholion dicit:

„Formulae integrales magis complicatae, ubi post signum radicale
„altiores potestates ipsius z occurrunt, vel ipsum signum radicale
„altiorem dignatatem involvit, hoc modo non videntur inter se com-
„parari posse."

Idem in problematis octagesimi secundi schol. I. dicit:

„neque haec methodus ad alias formas magis complexas extendi posse
„videtur;"

et paulo postea:

„Facile autem patet, huiusmodi formam

$$\int\frac{\partial z}{\sqrt{(A+2Bz+Cz^2+2Dz^3+Ez^4+2Fz^5+Gz^6)}}$$

„hac methodo tractari certe non posse; si enim coëfficientes ita essent
„comparati, ut radicis extractio succederet, talis formula:

$$\int \frac{\partial z}{a + bz + cz^2 + \partial z^3}$$

„prodiret, cuius integratio, cum tam logarithmos quam arcus circula-
„res involvat, fieri omnino nequit, ut plures huiusmodi functiones al-
„gebraice inter se comparentur."

Etiam Cl. Lagrange, quomodo theorema Eulerianum amplificaret, diu frustra tentavisse fertur. Per theorema igitur illustrissimum Abelianum primo summi Euleri investigationes de comparatione algebraica integralium, per aliam novam singularemque methodum sagacissimeque extensas esse intelligimus. Quod theorema vastum, integralia omnium functionum, inter quas et variabilem aequatio algebraica datur, amplectens, ad veram omnium integralium naturam investigandam prima fundamenta iecisse videtur. Ibi etiam, ut casus specialis, et theorema fundamentale functionum ellipticarum, et eius amplificationes, quas praeclari viri quaesiverunt, continentur. Casum specialem illum ad integralia formae:

$$1. \quad \int \frac{P\partial z}{\sqrt{(A + 2Bz + Cz^2 + Dz^3 \text{ etc. } + Mz^p)}}$$

spectantem in trigesima voluminis tertii commentatione proposuit, generale theorema in decima quarta voluminis quarti commentatione demonstravit autor celeberrimus.

Cl. Legendre defunctus, in tertii tomi ipsius „Traité des fonctions" elliptiques tertio supplemento, primus disquisitiones de integralibus formae, luculentas in publicum edidit, atque totam hanc theoriam, ut earum a clarissimo Abel acceptum heredium posteris geometris gravissime commendavit. Ipse loco citato theorema Abelianum denuo expositum ad nonnulla integralia specialis formae, ut:

$$\int \frac{\partial x}{\sqrt{(1 \pm x^5)}}$$

adhibet, atque strenuissimo calculo persequitur. Nuper vero denique Cl. Jacobi, totam theoriam ad haec integralia spectantem maxime promovit. Ille enim in trigesima secunda voluminis IX. commentatione theorema Abelianum apud integralia formae (1.) ad vulgares leges fundamentales integrationis aequationum differentialium accommodavit, cum aequationes differentiales in medio posuerit, quarum totidem integralia completa algebraica, aeque ac relationes transcendentium, per theorema ipsum exhibeantur. Tum vero in analogiam functionum trigonometricarum arcus et amplitudinis, functiones, quarum inversa integralia Abeliana sunt,

in analysin introduxit. Quae functiones cum plures variabiles involvant, problema, quomodo ipsae argumentorum binominum algebraice per functiones, quae ad singula nomina pertinent, exhibeantur, per theorema Abelianum solutum esse demonstravit. Inde etiam sententia paradoxa Cl. Euleri de integralibus:

$$\int \frac{\partial z}{\sqrt{(A+2Bz+Cz^2+2Dz^3+Ez^4+2Fz^5+Gz^6)}}$$

supra citata, facile expeditur. — In theoremate enim illo casu, quo functio sub signo radicali sextum ordinem haud superat, duabus relationibus transcendentalibus inter integralia ipsa, duae semper aequationes algebraicae inter argumenta integralium satisfaciunt. Illae inde prodeunt, quod numerator integralis primi ordinis qualescunque assumit coëfficientes, hae tales semper sunt, ut duo argumentorum radices aequationis quadraticae fiant, cuius coëfficientes cetera argumenta algebraice involvant. Quoties igitur transcendentes illae uti apud Eulerum locum habet, simul e parte logarithmica et parte trigonometrica conflantur, accidit, ut per duas illas aequationes algebraicas et pars logarithmica et pars trigonometrica in utraque aequatione transcendentali seorsim evanescant, ita ut una relatio inter logarithmos, altera inter arcus detur. E sagacissima vero observatione Euleriana ipsa haec memorabilis altiorum transcendentium praescriptarum natura divinari potuisset, cum coniectum esset, si qua daretur inter has comparatio, duabus, non una eam aequatione confici. —

Ceteris integralibus algebraicis magis complexae formae maximam ad partem missum factis, huiusmodi integralibus:

$$2.\quad \int \frac{(Fx)\,\partial x}{\sqrt{(A+A_1x+A_2x^2+A_3x^3+A_4x^4+A_5x^5+A_6x^6)}}$$

ubi per Fx rationalis quaelibet argumenti x functio denotatur, reducendis, comparandis, transformandis, peculiari eorum naturae perscrutendae, abhinc annis quatuor et quod excurrit, nos totos fere dicavimus. Hoc integrale aeque ac hoc:

$$\frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{(A+A_1x+A_2x^2+A_3x^3+A_4x^4+A_5x^5)}}$$

ad quod illud plerumque reducere licet, ad primum integralium Abelianorum ordinem pertinet, quippe quod transcendentes ad functiones ellipticas proximas procreat. Ipsi Cl. Abel singularem operam, altioresque dedicasse investigationes, ex ipsius epistola in vigesima octava voluminis quinti commentatione communicata, concludere licet.

Iam igitur primum nobis proposuimus haec integralia, quae hanc formam induunt:

$$3.\quad \int \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{[(A+Bx+Cx^2)(A_1+B_1x+C_1x^2)(A_2+B_2x+C_2x^2)]}},$$

dum argumentum x inter quoslibet limites reales continetur, ad simpliciorem redigere formam. Posuimus igitur tres factores trinomios

$$A+Bx+Cx^2,\qquad A_1+B_1x+C_1x^2,\qquad A_2+B_2x+C_2x^2,$$

in lineares factores reales dissolvi posse, atque per substitutionem:

$$x=\frac{a+bz^2}{c+\partial z^2}$$

integrale (3.) in formam:

$$4.\quad \int \frac{\psi(z^2)\,\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}}$$

ubi $\psi(z^2)$ rationalem ipsius z^2 functionem, atque $\varkappa^2$, λ^2, μ^2 quos modulos vocamus, quantitates, quae >0 et <1 sunt, denotant, duodecim transformationibus reduximus. Adnotare iuvat, Cl. Eulerum in octagesimi secundi problematis schol. 1. eandem substitutionem, ad integrale ellipticum in formam:

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(A+By^2+Cy^4)}}$$

commutandum, commendavisse. Duodecim vero transformationes ita comparatas esse demonstravimus, quarum per duas integralia (3.), dum argumentum x quolibet valore reali gaudeat, ad integralia (3.) reveniant, ita ut novum argumentum z^2 inter 0 et 1 contineatur; integrale igitur (3.) inter quoslibet limites reales sumtum, per aggregatum integralium huiusmodi:

$$\int_0^z \frac{\psi(z^2)\,\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}}$$

ubi z unitatem haud superat, exprimitur. Quam transformationem integralis (3.), ad generaliora integralia Abeliana sine ulla difficultate translatam, una cum aliis disquisitionibus ac theorematibus quae adiiciendi occasionem habebimus, in hac prima commentatione invenis. Sub finem, quomodo integralia (4.), in tria genera principalia dividantur, ad quae functionibus algebraicis adiectis omnia cetera reveniant, exposuimus. Theorema Abelianum adhuc pro his integralibus demonstravimus, ut quali natura diversa genera discernantur, ostendatur.

Per inventam enim aequationem quadraticam, cuius radices duae argumenta duorum integralium, et cuius coefficientes ut ceterorum datorum argumentorum functiones algebraicae dantur, quippe quae aequatio

duarum aequationum algebraicarum inter omnia argumenta locum tenet, omnium trium generum integralia in binis aequationibus comparantur; integralia primi generis formae:

$$\int \frac{(A+Bz^2)\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-x^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}}$$

sine ulla functione adiecta; integralia secundi generis formae:

$$\int \frac{(Cz^4+Dz^6)\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-x^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}}$$

functione algebraica inter argumenta data, integralia denique tertii generis

$$\int \frac{\partial z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)\sqrt{[(1-z^2)(1-x^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}}$$

functione logarithmica inter argumenta data adiecta. Quae distributio in analogiam trium generum integralium ellipticorum redit.

Si eadem substitutio ad eos casus applicatur, ubi unus vel duo factores trinomii in lineares factores reales dissolvi nequeant, huiusmodi certe integralia adipisci possumus.

$$\int \frac{\psi(z^2)\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-x^2z^2)(M+Nz^2+Pz^4)]}},$$

$$\int \frac{\psi(z^2)\partial z}{\sqrt{[(M+Nz^2+Pz^4)(M_1+N_1z^2+P_1z^4)]}},$$

quorum illud per octo transformationes reales hoc per quatuor exhibetur; quibus abhibitis, dum argumentum x quolibet valore reali gaudet argumentum z^2 inter limites 0 et 1, binis pro eodem valore ipsius x, reducere licet. Si vero omnes tres illi factores trinomii imaginariis factoribus gaudent, transformatio ne ad formam antecedentem quidem per realem substitutionem fieri nequit. Ad aliud igitur his casibus confugiendum erat. Transformationis genus, ut integralia generalia formae (3.), dum argumentum x reali quolibet valore gaudet, ad formam (4.) reducamus. Hoc per substitutionem irrationalem, theoremate Abeliano adiuti, absolvimus. Qua adhibita, integralia formae (3.) inter quoslibet limites reales sumta, qualescunque factores trinomii sunt, per aggregatum integralium formae (4.) quorum argumenta inter 0 et 1 iacent exprimuntur. Quam integralis divisionem primum apud integralia a Cl. Legendre tractata, antea allata, animadvertimus, atque persecuti sumus.

Nuper denique inquirentibus nobis in praescriptae transformationis naturam memorabilem, novae atque quas diu frustra quaesivimus obvene-

runt substitutiones irrationales, ab aequatione quadratica pendentes, per quas integralia:

$$\int_0^z \frac{(M+Nz^2)\,\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2 z^2)(1-\lambda^2 z^2)(1-\mu z^2)]}}$$

ad eandem ipsorum formam:

$$\int_0^y \frac{(M_1+N_1 y^2)\,\partial y}{\sqrt{[(1-y^2)(1-c^2 y^2)(1-l^2 y^2)(1-m^2 y^2)]}}$$

reduximus, ubi novi moduli deinceps maiores aut minores, quam veteres fiunt. Haec transformatio rursus per divisionem integralis proposito peragitur. Inde sex substitutiones reales secundi ordinis, quae transformationibus realibus secundi ordinis apud integralia elliptica notissimis penitus respondent, emanant. Quarum qualibet repetita, modulis rapidissime ad nihilum aut ad unitatem decurrentibus, ad integralia nostra calculanda prima atque levissima via munita est, quam apud integralia definitum:

$$\int_0^1 \frac{(M+Nz^2)\,\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2 z^2)(1-\lambda^2 z^2)(1-\mu^2 z^2)]}},$$

sine ulla integralis divisione persequi licet. Inde duplicationem integralis propositi pendere, iam alibi adnotatum est; quam transformationibus apte coniunctis, theoremate Abeliano adiutus inde derivare poteris.

Quae omnia, priusquam amplius accuratiusque pertractata geometris in altera commentatione proponamus, in hoc prooemio breviter adumbrasse sufficiat.

I.
De integralium Abelianorum transformatione rationali in genere.

Priusquam ad transformationem rationalem linearem integralium:

$$\int \frac{Fx.\partial x}{\sqrt{(A+A_1 x+A_2 x^2 \text{ etc. } +A_6 x^6)}}$$

ipsam aggrediamur, quippe quae ad generaliora integralia Abeliana facillime extenditur, per superioris ordinis substitutiones rationales transformationem similem fieri non posse, demonstremus.

Quem ad finem consideremus integrale generale:

$$\int \frac{Fx.\partial x}{\sqrt{(\varphi_p x)}},$$

ubi brevitatis causa posuimus:



$$\frac{A_0 + A_1 x + \text{etc.} + A_s x^r}{B_0 + B_1 x + \text{etc.} + B_r x^r} = Fx$$

$$C_1 + C_1 x + \text{etc.} + C_p x^p = \varphi_p x$$

atque ad quod integralia formae: $\int \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{\left(\frac{\varphi_p x}{\varphi_q x}\right)}}$, nominatore denominatoreque per $\sqrt{(\varphi_q x)}$ multiplicatis, reducuntur.

Loco argumenti x rationali functione ipsius y substituta, transformationem inde prodeuntem rationalem nominemus. Iam vero in iis, quae sequuntur, de talibus transformationibus solis sermo erit, per quas functio sub signo radicali, prout numerus p par vel impar fuerit, ordinem $p$tum vel $(p+1)$tum haud superat. Iam vero hoc theorema proponimus:

Si numerus p numerum quatuor superat, atque aut $=2h$ aut $=2h-1$ ponitur, nec quantitates constantes C_0, C_1 etc. peculiaribus conditionibus subiiciantur, haec una substitutio rationalis formae: $x = \frac{a+by}{c+\partial y}$, datur, per quam integrale: $\int \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{(\varphi_p x)}}$, in integrale formae:

$$\int \frac{F_1 y \,.\, \partial y}{\sqrt{(D + D_1 y + \text{etc.} + D_{2h} y^{2h})}}$$

transformatur.

Demonstratio.

Ponamus $x = \frac{U}{V}$, ubi per U, et V, functiones ipsius y integras ordinum vel ϱ et π vel π et ϱ, ita ut $\varrho \geqq \pi$ assumatur, denotamus. Qua functione in integrali $\int \frac{Fx\,dx}{\sqrt{(\varphi_p x)}}$ substituta, habemus:

$$\int \frac{[A_0 V^s + A_1 V^{s-1} U + \text{etc.} + A_s U^s]\, V^{r-s+\frac{p-4}{2}} (V \partial U - U \partial V)}{[B_0 V^r + B_1 V^{r-1} U + \text{etc.} + B_r U^r]\, \sqrt{[C_0 V^p + C_1 V^{p-1} U \text{ etc.} + C_p U^p]}}$$

Iam vero brevitatis causa functionibus fy et $\psi_{\varrho . p}\, y$ introductis, ita, ut ponatur:

$$\frac{A_0 V^s + A_1 V^{s-1} U + \text{etc.} + A_s U^s}{B_0 V^r + B_1 V^{r-1} U + \text{etc.} + B_r U^r} \,.\, V^{r-s} = fy,$$

atque:

$$C_0 V^p + C_1 V^{p-1} U + \text{etc.} + C_p U^p = \psi_{\varrho . p}\, y,$$

nec non indice $\varrho . p$ ordinem in quem functio ψ ascendat necesse est, denotante, ex formula ultima potestatibus ipsius (1.) fractis omnibus in denominatorem traductis, utroque casu $p = 2h$ et $p = 2h-1$ segregato, hae formulae evolvuntur:

$$1.\quad \int\frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{(\varphi^{2k}x)}} = \int\frac{fy.V^{h-2}(V\partial U - U\partial V)}{\sqrt{(\psi_{2\varrho h}y)}},$$

$$2.\quad \int\frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{(\varphi_{2h-1}x)}} = \int\frac{fy.V^{h-2}(V\partial U - U\partial V)}{\sqrt{(V.\psi_{(2h-1)\varrho}y)}}.$$

Inde fluit, ordinem functionis irrationalis ipsius (4.) in formula (1.) semper $2\varrho h$ fore, in formula vero (2.), prout functionis V ordo vel ϱ vel $\varkappa$ fuerit, ipsam vel $2h\varrho$ vel $(2h-1)\varrho+\varkappa$. Qui numerus, ut usque ad numerum p certe diminuatur, aut $\frac{r-p}{2}$ aut $\frac{r-p-1}{2}$ factores functionis $\psi_{2h\varrho}y$ vel $V.\psi_{(2h-1)\varrho}y$, totidem ibi singulos sibimet ipsis aequales inveniant, necesse est, adeo ut aut p aut $p-1$ factores sub signo radicali remaneant. Unde aut $\frac{r-p}{2}$ aut $\frac{r-p-1}{2}$ aequationes conditionum inter coëfficientes functionum U et V, quorum numerus $=\varrho+\varkappa+1$ est, emergere videntur. Accedit vero, ut inde tres coëfficientes indeterminati: si $\varrho=\varkappa$ est, duo, si $\varrho=\varkappa+1$, unus, si $\varrho=\varkappa+2$ est, excipiantur; id quod eo clarum fit, quod substitutione $y=\frac{\alpha+\beta y^1}{1+\gamma y^1}$ in formulis (1.) et (2.) introducta, si $\varrho=\varkappa$, nec numerus r, nec numerus $\varrho+\varkappa+1$ commutetur, et factores bini inter se aequales etiam inter se aequales maneant, sin $\varrho=\varkappa+1$, vel $=\varkappa+2$, idem efficiatur substitutionibus: $y=\beta y'$, et $y=\beta y'$. Ponamus igitur primum $\varrho=\varkappa$.

Functiones $\psi_{2\varrho h}y$ et $V.\psi_{(2h-1)}y_\varrho$, utraque ordinis $2h\varrho$ reddita, $(\varrho-1)h$ conditiones, ne ordo $2h$ superetur, suppeditant; unde derivatur, $(\varrho-1)h$ coëfficientes functionum U et V ita constitui posse, ut illis aequationibus satisfiat. — Harum coëfficientium numerus est $(2\varrho+1)-3 = 2\varrho-2$, quibus ad summum uti licet; ita ut hanc aequationem adipiscamur, ne indeterminatorum numerus datorum numerum superet, esto:

$$(\varrho-1)h \overline{\gtrless} 2\varrho-2,$$

sive:

$$(\varrho-1)(h-2)\overline{\gtrless} 0;$$

adeo ut, si $h>2$ est, $\varrho>1$ esse nequeat.

Ponamus deinde $\varrho>\varkappa$.

Sive ponitur: $p=2h$, simulque functio V alterius utrius ordinis: ϱ vel $\varkappa$, sive assumitur: $p=2h-1$ atque functio V ordinis ϱ, semper, ut ordo r usque ad $2h$ diminuatur, cum numerus coëfficientium $=\varrho+\varkappa-1$ sit, hanc conditionem habemus:

$$h(\varrho-1)\overline{\gtrless}\varrho+\varkappa-1,$$

sive:

$$(\varrho-1)(h-1) \overline{\gtrless} \pi;$$

unde sequitur, si $h>2$ sit, $\varrho>1$ esse non posse.

Contra si $p=2h-1$ atque V ordinis π assumitur, ϱ et π utroque paribus vel imparibus positis, conditionum numerus, ne ordo functionis sub signo radicali numerum $2h$ superet, fit $=\frac{(2h-1)\varrho+\pi-2h}{2}$, unde haec conditio derivatur, esto:

$$\frac{(2h-1)\varrho+\pi-2h}{2} \overline{\gtrless} \varrho+\pi-1,$$

sive:

$$(2h-3)(\varrho-1) \overline{\gtrless} \pi+1;$$

ita ut pro $h>2$, si $\varrho>\pi$ simul pares vel impares sint, $\varrho>1$ esse non possit. Altero vero casu, si $p=2h-1$, et V πti ordinis, sed ϱ et π alterum parem alterum imparem assumamus, conditionum numerus ille: $=\frac{(2h-1)\varrho+\pi-2h}{2}$ non integer est, hanc ob rem, hac suppositione omissa, quaeramus numne ordinem functionis sub signo radicali ad $(2h-1)$tum certe redigere possimus; tum hanc conditionem habemus, esto:

$$\frac{(2h-1)(\varrho-1)+\pi}{2} \overline{\gtrless} \varrho+\pi-1,$$

sive

$$(2h-3)(\varrho-1) \overline{\gtrless} \pi,$$

cui si $h>2$ et $\varrho>1$ satisfieri nequit.

Quibus omnibus collatis, concluditur, si $p>4$, atque $\varrho>1$ ponantur numerum conditionum, quae, ut functio sub signo radicali haud maioris ordinis fiat, quam $(2h-1)$ti vel $2h$ti, stare debent, maiorem esse, quam coefficientium in U et V, arbitrariorum numerum, ita ut una sola substitutis rationalis $x=\frac{a+by}{c+dy}$ adhiberi possit. q. e. d.

II.

De transformatione rationali integralium formae:

$$\int\frac{Fx\,dx}{\sqrt{(\varphi_6 x)}}, \text{ et} \int\frac{Fx\,dx}{\sqrt{(\varphi_5 x)}}.$$

Ponamus omnes factores lineares functionis $\varphi_6 x$ reales esse, ita ut sit:

1. $\varphi_6 x = (x-\alpha_1)(x-\alpha_2)(x-\alpha_3)(x-\alpha_4)(x-\alpha_5)(x-\alpha_6),$

ubi quantitates α_1, α_2, α_3 etc. in serie decrescente stant, ita ut differentiae $\alpha_1-\alpha_2$, $\alpha_2-\alpha_3$, etc. positivis gaudeant valoribus. Iam unam nostram substitutionum, ubi conditionum numerum evanescere clarum est, introducentes, coefficientes arbitrarios a, b, e, f, ad formam integralis propositi:

$$\int\frac{Fx\,dx}{\sqrt{(\varphi_6 x)}}$$

commutandam adhibeamus. Fiat igitur substitutione $x=\frac{a+by}{e+fy}$ introducta, $Fx=\psi y$; tum habemus:

$$dx=\frac{(be-af).dy}{(e+fy)^2},$$

$$x-\alpha_1=\frac{(a-e\alpha_1)+(b-f\alpha_1)y}{e+fy},$$

$$x-\alpha_2=\frac{(a-e\alpha_2)+(b-f\alpha_2)y}{e+fy},$$

etc.

$$x-\alpha_6=\frac{(a-e\alpha_6)+(b-f\alpha_6)y}{e+fy}.$$

Quibus congregratis, haec formula emergit:

$$2.\quad\int\frac{Fx.dx}{\sqrt{(\varphi_6 x)}}=\int\frac{(e+fy).\psi y.(be-af)dy}{\sqrt{((a-e\alpha_1)+(b-f\alpha_1)y)\ldots((a-e\alpha_6)+(b-f\alpha_6)y)}}.$$

Quantitates vero a, b, e, f semper ita determinare licet, ut sex factorum linearium novorum unus constantem valorem $=C_1$, alter formam $C_2 y$, tertius formam $C_3(1-y)$, ceterique tres formam $C(1-k^2y)$ induant, ubi $C_1\,C_2\,C_2$ constantes fiunt, atque $k^2>0$ et <1 redditur. Iis enim sex quantitatum α, quae tribus prioribus conditionibus satisfaciunt, deinceps per α_ν, α_μ, α_ϱ denotatis, habemus:

$$3.\quad\begin{cases}(a-e\alpha_\nu)+(b-f\alpha_\nu)y=C_1,\\(a-e\alpha_\mu)+(b-f\alpha_\mu)y=C_2 y\\(a-e\alpha_\varrho)+(b-f\alpha_\varrho)y=C_3(1-y);\end{cases}$$

unde sequuntur hae aequationes:

$$4.\quad\begin{cases}\frac{a}{e}=\alpha_\mu,\quad\frac{b}{e}=-\alpha_\nu\frac{\alpha_\mu-\alpha_\varrho}{\alpha_\nu-\alpha_\varrho},\quad\frac{f}{e}=-\frac{\alpha_\mu-\alpha_\varrho}{\alpha_\nu-\alpha_\varrho},\\\frac{C_1}{e}=\alpha_\mu-\alpha_\nu,\quad\frac{C_2}{e}=\frac{(\alpha_\mu-\alpha_\nu)(\alpha_\mu-\alpha_\varrho)}{\alpha_\nu-\alpha_\varrho},\quad\frac{C_3}{e}=\alpha_\mu-\alpha_\varrho.\end{cases}$$

Formula igitur quaesita fit:

$$5.\quad x=\frac{\alpha_\mu(\alpha_\nu-\alpha_\varrho)-\alpha_\nu(\alpha_\mu-\alpha_\varrho)y}{(\alpha_\nu-\alpha_\varrho)-(\alpha_\mu-\alpha_\varrho)y},$$

unde deducitur haec:

$$6.\quad y = \left(\frac{\alpha_\nu - \alpha_\varrho}{\alpha_\mu - \alpha_\varrho}\right)\left(\frac{x-\alpha_\mu}{x-\alpha_\nu}\right).$$

Iam vero ceterarum trium quantitatum α qualibet per α denotata, inde prodeunt hae formulae:

$$7.\quad (a - e\alpha) + (b - f\alpha)y = C(1 - c^2 y),$$

$$8.\quad c^2 = \left(\frac{\alpha_\mu - \alpha_\varrho}{\alpha_\nu - \alpha_\varrho}\right)\left(\frac{\alpha_\nu - \alpha}{\alpha_\mu - \alpha}\right),\quad \frac{C}{c} = \alpha_\mu - \alpha.$$

Fingamus vero nobis quantitates α_1, α_2, et α_6 in orbem inter se sequentes, ita ut α et α se excipiant, quantitate infinite magna positiva seu negativa interiacente. Inter duas igitur quaslibet ipsarum α duplum semper intervallum invenitur. Jam vero dico, ut conditioni $c^2 > 0$ et < 1 satisfiat, quantitatem α in eo intervallo inter α_ν et α_ϱ contineatur necesse esse ubi α_μ non jaceat. Clarum enim est, formulam ipsius c^2

$$= \left(\frac{\alpha_\mu - \alpha_\varrho}{\alpha_\nu - \alpha_\varrho}\right)\left(\frac{\alpha_\nu - \alpha}{\alpha_\mu - \alpha}\right),$$

ut functionem ipsius α tractatam, cum quantitate α continue crescente, ipsam continue crescere vel decrescere, quippe cuius nominator et denominator functiones lineares ipsius α sunt. Nonnisi pro $\alpha = \alpha_\mu$ hac formula in infinitum abeunte, et dum habeamus:

$$c^2 = 0,\quad c^2 = 1,\quad c^2 = \infty$$

deinceps

$$\alpha = \alpha_\nu,\quad \alpha = \alpha_\varrho,\quad \alpha = \alpha_\mu$$

reddito, iure concluditur, dummodo quantitas α in eo ipsarum α_ν et α_ϱ intervallo contineatur, ubi α_μ non inveniatur, cohaerentem modulum c^2 inter 0 et 1 iacere, sin α_μ et α in eodem intervallo contineantur, etiam cohaerentem modulum unitatem superare. Inde hae octo conditiones inter quantitates α_ϱ, α_μ, α_ν, α, in orbem se excipientes derivantur, quibus omnes quantitates α, tribus α_ϱ, α_μ, α_ν exceptis, satisfacere debent, ut omnes moduli >0 et <1 fiant:

$$A.\quad \begin{Bmatrix} \alpha > \alpha_\nu > \alpha_\mu > \alpha_\varrho \\ \alpha_\nu > \alpha_\mu > \alpha_\varrho > \alpha \\ \alpha_\mu > \alpha_\varrho > \alpha > \alpha_\nu \\ \alpha_\varrho > \alpha > \alpha_\nu > \alpha_\mu \end{Bmatrix},\qquad B.\quad \begin{Bmatrix} \alpha_\varrho > \alpha_\mu > \alpha_\nu > \alpha \\ \alpha > \alpha_\varrho > \alpha_\mu > \alpha_\nu \\ \alpha_\nu > \alpha > \alpha_\varrho > \alpha_\mu \\ \alpha_\mu > \alpha_\nu > \alpha > \alpha_\varrho \end{Bmatrix}.$$

Aut enim quantitates α, α_ν, α_μ, α_ϱ in orbem scriptae ita torquentur, ut, singula quaeque terminum fixum $\pm\infty$ transgressa ex maxima fiat minima; aut quantitates α_ϱ, α_μ, α_ν, α in orbem scriptas ita retro torquere licet, ut singula quaeque terminum eundem $\pm\infty$ transgressa, ex minima fiat maxima.

Iam igitur quantitates α_ϱ, α_μ, α_ν ita eligantur necesse est inter sex quantitates α, ut quaeque ceterarum cuiquam conditionum praescriptarum satisfaciat. Id quod, nonnisi aut α_ν, α_μ, α_ϱ aut α_ϱ, α_μ, α_ν sine intervallo per quantitates, α_1, α_2, α_3, α_4, α_5, α_6 in orbem scriptas producentes, adipisci possumus. Tum enim nonnisi tres quantitates α ceteras, inter α_ϱ et α_ν non una cum α_μ inveniri in priori ordine per formulas (*A.*), in altero per formulas (*B.*) intelligitur. Ut de magnitudine modulorum cuiusque substitutionis certiores fiamus, formulae:

$$c^2 = \frac{(\alpha_\mu - \alpha_\varrho)}{(\alpha_\nu - \alpha_\varrho)} \frac{(\alpha_\nu - \alpha)}{(\alpha_\mu - \alpha)}$$

ut functionis ipsius α consideratae differentiale primum sumamus, quod erit:

$$= \frac{(\alpha_\mu - \alpha_\varrho)(\alpha_\nu - \alpha_\varrho)(\alpha_\nu - \alpha_\mu)}{(\alpha_\nu - \alpha_\varrho)^2 (\alpha_\mu - \alpha)^2} d\alpha,$$

Hoc vero differentiale pro casibus classis (*A.*) i. e., si α_ν, α_μ, α_ϱ, per seriem α_1, α_2, α_3, α_4, α_5, α_6 prorsum percurrunt, dum quantitas α inter α_ν et α_ϱ continetur, semper *finito positivo* valore gaudebit. Unde sequitur functionem c^2, dum α in ipsius intervallo, ubi α_μ non iacet, ab α_ϱ usque ad α_ν migret, ipsam ab 1 usque ad 0 continue decrescere; si enim decrescere desineret, etiam differentiale $\frac{\partial c^2}{\partial \alpha}$ positivo valore gaudere desineret. Eodem modo idem differentiale pro casibus classis (*B.*), i. e. si α_ϱ, α_μ, α_ν per seriem illam protinus perducuntur, dum quantitas α inter α_ν et α_ϱ continetur, semper *finito negativo* valere gaudens, indicat, ibi functionem c^2, dum α in ipsius intervallo, ab α_ϱ usque ad α_ν migret, ipsam ab 1 usque ad 0 decrescere. Ergo in utraque classi modulus eo maior est, quo propius cohaerens quantitas α, in intervallo suo $\alpha_\varrho - \alpha_\nu$ ad quantitatem α_ϱ accedit.

Ex iis, quae praemissa sunt, sequitur, in classi (*A.*) semper licere ponere: $\alpha_\nu = \alpha_{\mu-1}$, $\alpha_\varrho = \alpha_{\mu+1}$, modulosque tres, $\varkappa^2$, λ^2, μ^2 vocatos, fore ex formula (8.):

$$9. \quad \varkappa^2 = \left(\frac{\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1}}{\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+2}}{\alpha_\mu - \alpha_{\mu+2}}\right), \quad \lambda^2 = \left(\frac{\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1}}{\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+3}}{\alpha_\mu - \alpha_{\mu+3}}\right),$$

$$\mu^2 = \left(\frac{\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1}}{\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+4}}{\alpha_\mu - \alpha_{\mu+4}}\right),$$

atque:

$$\varkappa^2 > \lambda^2 > \mu^2;$$

in classi vero (*B.*) poni posse: $\alpha_\nu = \alpha_{\mu+2}$, $\alpha_\mu = \alpha_{\mu+1}$, $\alpha_\varrho = \alpha_\mu$, modulosque tales esse:

$$10.\quad \varkappa^2 = \left(\frac{\alpha_{\mu+1}-\alpha_\mu}{\alpha_{\mu+2}-\alpha_\mu}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu-1}}{\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu-1}}\right),\quad \lambda^2 = \left(\frac{\alpha_{\mu+1}-\alpha_\mu}{\alpha_{\mu+2}-\alpha_\mu}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu-2}}{\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu-2}}\right),$$
$$\mu^2 = \left(\frac{\alpha_{\mu+1}-\alpha_\mu}{\alpha_{\mu+2}-\alpha_\mu}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu-3}}{\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu-3}}\right)$$

atque:
$$\varkappa^2 > \lambda^2 > \mu^2,$$

dummodo loco ipsius α_{6+h} semper α_h, atque loco α_{-h}, semper α_{6-h} ponatur.

Jam vero nos ad argumenta x et y convertamus. Habuimus ex formulis (5.) et (6.)

$$y = \left(\frac{\alpha_\nu-\alpha_\varrho}{\alpha_\mu-\alpha_\varrho}\right)\left(\frac{x-\alpha_\mu}{x-\alpha_\nu}\right),\quad \text{atque} = c^2\left(\frac{\alpha_\mu-\alpha_\varrho}{\alpha_\nu-\alpha_\varrho}\right)\left(\frac{\alpha_\nu-\alpha}{\alpha_\mu-\alpha}\right);$$

unde videmus functionem y eandem esse argumenti x, quam $\frac{1}{c^2}$ ipsius α, ita ut x cum α commutato, habeamus $y = \frac{1}{c^2}$. Hinc sequitur, pro classi (*A.*), cum sit:

$$y = \left(\frac{\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1}}{\alpha_\mu-\alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{x-\alpha_\mu}{x-\alpha_{\mu-1}}\right),\qquad \frac{1}{c^2} = \left(\frac{\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1}}{\alpha_\mu-\alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{\alpha-\alpha_\mu}{\alpha-\alpha_{\mu-1}}\right),$$

dum argumentum x hos valores induat:

11. $\begin{cases} \alpha_{\mu-1},\ \alpha_\mu,\ \alpha_{\mu+1},\ \alpha_{\mu+2},\ \alpha_{\mu+3},\ \alpha_{\mu+4},\ \alpha_{\mu-1}, \\ \text{argumentum (1.) his valoribus gaudere:} \\ -\infty,\ 0,\ 1,\ \frac{1}{\varkappa^2},\ \frac{1}{\lambda^2},\ \frac{1}{\mu^2},\ +\infty; \end{cases}$

atque, cum differentiale ipsius y:

$$= \frac{(\alpha_\mu-\alpha_{\mu-1})(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu-\alpha_{\mu-1})}{(\alpha_\mu-\alpha_{\mu-1})^2(x-\alpha_{\mu-1})^2}$$

in quoque sex intervallorum ipsius x, $\alpha_{\mu-1}-\alpha_\mu$, $\alpha_\mu-\alpha_{\mu+1}$, etc., aeque ac ipsum y *continue* cum mutetur, adeoque valore negativo gaudeat, etiam argumentum y in ipsius intervallis continue crescere, dum x decrescat.

Eodem modo pro classi (*B.*) habemus:

$$y = \frac{(\alpha_{\mu+2}-\alpha_\mu)}{(\alpha_{\mu+1}-\alpha_\mu)}\left(\frac{x-\alpha_{\mu+1}}{x-\alpha_{\mu+2}}\right),\qquad \frac{1}{c^2} = \left(\frac{\alpha_{\mu+2}-\alpha_\mu}{\alpha_{\mu+1}-\alpha_\mu}\right)\left(\frac{\alpha-\alpha_{\mu+1}}{\alpha-\alpha_{\mu+1}}\right);$$

unde sequitur, dum argumentum x hos valores obtineat:

12. $\begin{cases} \alpha_{\mu+2},\ \alpha_{\mu+1},\ \alpha_\mu,\ \alpha_{\mu-1},\ \alpha_{\mu-2},\ \alpha_{\mu-3},\ \alpha_{\mu+2} \\ \text{argumentum } y \text{ hos induere valores:} \\ -\infty,\ 0,\ 1,\ \frac{1}{\varkappa^2},\ \frac{1}{\lambda^2},\ \frac{1}{\mu^2},\ +\infty. \end{cases}$

atque, cum ipsius g differentiale:

$$= \frac{(\alpha_{\mu+1}-\alpha_\mu)(\alpha_{\mu+2}-\alpha_\mu)(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu+2})}{(\alpha_{\mu+1}-\alpha_\mu)^2(x-\alpha_\mu)^2}$$

in quoque sex intervallorum ipsius x aeque ac ipsum y *continue* cum x

mutetur, adeoque positivo valore gaudeat, etiam y in ipsius intervallis respondentibus continue crescere, dum x crescat.

Quae cum ita sint, pro classi (A.), in formulis (4.) posito:

$$e = \alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}, \quad \alpha_\nu = \alpha_{\mu-1}, \quad \alpha_\varrho = \alpha_{\mu+1},$$

habemus:

$$13. \quad a = \alpha_\mu(\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}), \quad b = -\alpha_{\mu-1}(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1}), \quad f = -(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1}),$$

$$14. \quad C_1 = (\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu-1}), \quad C^2 = (\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu-1}),$$
$$C_3 = (\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}).$$

Eodem modo in formulis (8.) loco ipsius α: $\alpha_{\mu+2}$, $\alpha_{\mu+3}$, $\alpha_{\mu+4}$, introductis nanciscimur et formulas (9.) et has, loco C: C_4, C_5, C_6, posito:

$$15. \quad C_4 = (\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+2}), \quad C_5 = (\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+3}),$$
$$C_6 = (\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+4}).$$

Iam vero loco ipsius y argumentum z^2 introducere placet. Quo facto fit:

$$16. \quad x = \frac{\alpha_\mu(\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}) - \alpha_{\mu-1}(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})z^2}{(\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}) - (\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})z^2}, \quad z^2 = \frac{(\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})}{(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})}\left(\frac{x - \alpha_\mu}{x - \alpha_{\mu-1}}\right).$$

Ex formulis (13.) fit:

$$17. \quad (e + fy)(be - af)dy$$
$$= 2(\alpha_\mu - \alpha_{\mu-1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})((\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1}) - (\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})z^2)z\,dz$$

Ex formulis (13.), (14.), (15.), et (9.) sequitur:

$$18. \quad \begin{cases} (a - e\alpha_{\mu-1}) + (b - f\alpha_{\mu-1})y = (\alpha_{\mu+1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu-1}), \\ (a - e\alpha_\mu) + (b - f\alpha_\mu)y = (\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu-1})\,z^2, \\ (a - e\alpha_{\mu+1}) + (b - f\alpha_{\mu+1})y = (\alpha_\mu - \alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu+1} - \alpha_{\mu+1})(1 - z^2), \\ (a - e\alpha_{\mu+2}) + (b - f\alpha_{\mu+2})y = (\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+2})(1 - \varkappa^2 z^2), \\ (a - e\alpha_{\mu+3}) + (b - f\alpha_{\mu+3})y = (\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+3})(1 - \lambda^2 z^2), \\ (a - e\alpha_{\mu+4}) + (b - f\alpha_{\mu+4})y = (\alpha_{\mu-1} - \alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu - \alpha_{\mu+4})(1 - \mu^2 z^2), \end{cases}$$

Quibus formulis in (2.) substitutis habemus:

$$19. \quad \int \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)(x-\alpha_3)(x-\alpha_4)(x-\alpha_5)(x-\alpha_6)]}}$$
$$= \frac{2}{(\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})\sqrt{[(\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_\mu-\alpha_{\mu+2})(\alpha_\mu-\alpha_{\mu+3})(\alpha_\mu-\alpha_{\mu+4})]}} \int \frac{((\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})-(\alpha_\mu-\alpha_{\mu+1})z^2)\psi z^2 . \partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2 z^2)(1-\lambda^2 z^2)(1-\mu^2 z^2)]}},$$

ubi quantitas α_μ quaelibet quautitatum α est, aequationibus (16.) relatio inter x et z^2 determinatur, aequationibus (9.) moduli $\varkappa^2$, λ^2, μ^2, exprimuntur. Limites erunt:

$$20. \quad \begin{cases} x = \alpha_{\mu-1}, = \alpha_\mu, = \alpha_{\mu+1}, = \alpha_{\mu+2}, = \alpha_{\mu+3}, = \alpha_{\mu+4}, = \alpha_{\mu-1}, \\ z^2 = -\infty, = 0, = 1, = \frac{1}{\varkappa^2}, = \frac{1}{\lambda^2}, = \frac{1}{\mu^2}, = +\infty. \end{cases}$$

Pro classi (*B.*) **vero ponamus in formulis (4.)** $e=\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu}$, $\alpha_{\nu}=\alpha_{\mu+2}$, $\alpha_{\varrho}=\alpha_{\mu}$, **unde eadem ratione ac autea adipiscimur, loco ipsius** x **substituto** z^2**:**

$$22.\qquad x=\frac{\alpha_{\mu+1}(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})-\alpha_{\mu+2}(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+1})z^2}{(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})-(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+1})z^2},\qquad z=\frac{(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})}{(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+1})}\left(\frac{x-\alpha_{\mu+1}}{x-\alpha_{\mu+2}}\right),$$

$$(e+fy)(be-af)\partial y$$
$$=-2(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu+2})(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu})(\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu})\left((\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})-(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+1})z^2\right)z\,\partial z.$$

Formulisque (10.) adiuti. habemus:

$$\begin{aligned}
(a-e\alpha_{\mu+2})+(b-f\alpha_{\mu+2})y &= (\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu})(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu+2}),\\
(a-e\alpha_{\mu+1})+(b-f\alpha_{\mu+1})y &= (\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu})(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu+2})z^2,\\
(a-e\alpha_{\mu})\;+(b-f\alpha_{\mu})\;y &= (\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu})(\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu})\;(1-z^2),\\
(a-e\alpha_{\mu-1})+(b-f\alpha_{\mu-1})y &= (\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu})(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu-1})(1-\varkappa^2z^2),\\
(a-e\alpha_{\mu-2})+(b-f\alpha_{\mu-2})y &= (\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu})(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu-2})(1-\lambda^2z^2),\\
(a-e\alpha_{\mu-3})+(b-f\alpha_{\mu-3})y &= (\alpha_{\mu+2}-\alpha_{\mu})(\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu-3})(1-\mu^2z^2).
\end{aligned}$$

Quibus formulis in (2.) introductis, habemus:

$$\int\frac{Fx.\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)(x-\alpha_3)(x-\alpha_4)(x-\alpha_5)(x-\alpha_6)]}}$$
$$=\frac{1}{(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})\sqrt{[(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})(\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu-2}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu-3}-\alpha_{\mu+1})]}}\int\frac{((\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})-(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+1})z^2).\psi z^2.\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}},$$

ubi rursus quantitas α_{μ} **quaelibet quantitatum** α **est, aequationibus (21.) relatio inter** x **et** z^2**, aequationibusque (10.) moduli** $\varkappa^2$, λ^2, μ^2, **determinantur. Limites erunt:**

$$23.\quad\left\{\begin{matrix} x=\alpha_{\mu+2}, & =\alpha_{\mu+1}, & =\alpha_{\mu}, & =\alpha_{\mu-1}, & =\alpha_{\mu-2}, & =\alpha_{\mu-3}, & =\alpha_{\mu+2}\\ z^2=-\infty, & =0, & =1, & =\frac{1}{\varkappa^2}, & =\frac{1}{\lambda^2}, & =\frac{1}{\mu^2}, & =\infty\end{matrix}\right\}.$$

Si loco indicis μ **et in classi** (*A.*) **et in classi** (*B.*) **ponamus 1, 2, 3, 4, 5, 6, sex utriusque classis transformationes accipimus, quas in sequentibus tabulis exposuimus. Ibi in prima singulae cuiusque substitutionis serie, omnes utriusque argumenti cohaerentes limites, in secunda formulae ipsae, in tertia factor:**

in classi (*A.*)

$$M=\frac{2((\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})-(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+1})z^2)}{(\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+3})(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+4})};$$

in classi (*B.*)

$$M=\frac{2((\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})-(\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})z^2)}{(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})\sqrt{[(\alpha_{\mu}-\alpha_{\mu+2})(\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu-2}-\alpha_{\mu+1})(\alpha_{\mu-3}-\alpha_{\mu+1})]}},$$

in quarta denique serie moduli $\varkappa^2$, λ^2, μ^2, **ubi** $\varkappa>\lambda>\mu$ **est, leguntur. substitutionum qualibet adhibita, nanciscimur:**

$$24.\quad \int \frac{Fx.\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots.(x-\alpha_6)]}} = \int \frac{\pm M.\psi z^2 \partial}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2 z^2)(1-\lambda^2 z^2)(1-\mu^2 z^2)]}},$$

signo superiore pro positivo, inferiore pro negativo ipsius z valore, adhibito. Inde etiam transformationes integralis:

$$25.\quad \int \frac{Fx.\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots.(x-\alpha_5)]}}$$

in praescriptam formam derivantur. In aequatione (24.) enim ipsius Fx loco: ∞Fx posito, nec non $\alpha_6 = -\infty^2$ facto, quantitatibusque infinite parvis omissis, nanciscimur:

$$26.\quad \int \frac{\infty Fx.\partial x}{\sqrt{[(\alpha-\alpha_1)(\alpha-\alpha_2)\dots.(x-\alpha_5)(x+\infty^2)]}} = \int \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots.(x-\alpha\ )]}}$$

unde sequitur in formulis tabulae sequentis nonnisi $\alpha_6 = -\infty$ ponamus necesse esse, ut duodecim integralis (25.) transformationes accipiamus, limitesque argumenti x fore:

$$\infty^2,\ \alpha_1,\ \alpha_2,\ \alpha_3,\ \alpha_4,\ \alpha_5,\ -\infty^2.$$

Classis *A*.

$$\text{I.}\quad \left\{\begin{matrix} x = \alpha_6 & = \alpha & = \alpha_2 & = \alpha_3 & = \alpha_4 & = \alpha_5 & = \alpha \\ z^2 = \infty & = 0 & = 1 & = \frac{1}{\varkappa^2} & = \frac{1}{\lambda^2} & = \frac{1}{\mu^2} & = +\infty^2 \end{matrix}\right\},$$

$$x = \frac{\alpha_1(\alpha_2-\alpha_6)+\alpha_6(\alpha_1-\alpha_2)z^2}{(\alpha_2-\alpha_6)+(\alpha_1-\alpha_2)z^2},\quad z^2 = \left(\frac{\alpha_2-\alpha_6}{\alpha_1-\alpha_2}\right)\left(\frac{\alpha_1-x}{x-\alpha_6}\right),$$

$$M = \frac{2\sqrt{-1}\,((\alpha_2-\alpha_6)+(\alpha_1-\alpha_2)z^2)}{(\alpha_2-\alpha_6)\sqrt{[(\alpha_2-\alpha_6)(\alpha_1-\alpha_3)(\alpha_1-\alpha_4)(\alpha_1-\alpha_5)]}},$$

$$\varkappa^2 = \left(\frac{\alpha_1-\alpha_2}{\alpha_2-\alpha_6}\right)\left(\frac{\alpha_3-\alpha_6}{\alpha_1-\alpha_3}\right),\quad \lambda^2 = \left(\frac{\alpha_1-\alpha_2}{\alpha_2-\alpha_6}\right)\left(\frac{\alpha_4-\alpha_6}{\alpha_1-\alpha_4}\right),\quad \mu^2 = \left(\frac{\alpha_1-\alpha_2}{\alpha_2-\alpha_6}\right)\left(\frac{\alpha_5-\alpha_6}{\alpha_1-\alpha_5}\right).$$

$$\text{II.}\quad \left\{\begin{matrix} x = \alpha_6 & = \alpha_1 & = \alpha_2 & = \alpha_3 & = \alpha_4 & = \alpha_5 & = \alpha_6 \\ z^2 = \frac{1}{\mu^2} & = \pm\infty^2 & = 0 & = 1 & = \frac{1}{\varkappa^2} & = \frac{1}{\lambda^2} & = \frac{1}{\mu^2} \end{matrix}\right\},$$

$$\text{Moduli:}\quad \frac{\varkappa_{2h+1}^2}{\varkappa_{2h}^2},\quad \left(\frac{\varkappa_{2h+1}^2}{\varkappa_{2h}^2}\right)\left(\frac{\varkappa_{2h}^2-1}{\varkappa_{2h+1}^2-1}\right),\quad \ldots\ldots\quad \left(\frac{\varkappa_{2h+1}^2}{\varkappa_{2h}^2}\right)\left(\frac{\varkappa_{2h}^2-\varkappa_{2h-1}^2}{\varkappa_{2h+1}^2-\varkappa_{2h-1}^2}\right).$$

$$2H+\text{IV.}\quad \left\{\begin{array}{llllll}\text{Interv. ipsius } y: & 1, & 2, & 3, & \ldots\ldots & 2h+4.\\ \text{Interv. ipsius } z: & 2, & 3, & 4, & \ldots\ldots & 1.\end{array}\right\}$$

$$y^2=-\frac{1-z^2}{\varkappa_{2h+1}^2-z^2},\qquad z^2=\frac{1}{1-\varkappa_{2h+1}^2 y^2}.$$

$$\text{Moduli:}\quad 1-\varkappa_{2h+1}^2,\quad \frac{\varkappa_1^2-\varkappa_{2h+1}^2}{\varkappa_1^2},\quad \ldots\ldots\quad \frac{\varkappa_{2h}^2-\varkappa_{2h+1}^2}{\varkappa_{2h}^2}.$$

Classis *B*.

$$\text{I.}\quad \left\{\begin{array}{lllllll}\text{Interv. ipsius } y: & 1, & 2, & 3, & 4, & \ldots\ldots & 2h+4.\\ \text{Interv. ipsius } z: & 3, & 2, & 1, & & \ldots\ldots & 4.\end{array}\right\}$$

$$y^2=\frac{1-z^2}{1-\varkappa_1^2 z^2},\qquad z^2=\frac{1-y^2}{1-\varkappa_1^2 y^2}.$$

$$\text{Moduli:}\quad \varkappa_1^2,\quad \frac{\varkappa_1^2-\varkappa_{2h}^2}{1-\varkappa_{2h}^2},\quad \ldots\ldots\quad \frac{\varkappa_1^2-\varkappa_2^2}{1-\varkappa_2^2}.$$

$$\text{II.}\quad \left\{\begin{array}{llllll}\text{Interv. ipsius } y: & 1, & 2, & 3, & \ldots\ldots & 2h+4.\\ \text{Interv. ipsius } z: & 4, & 3, & 2, & \ldots\ldots & 5.\end{array}\right\}$$

$$y^2=\frac{(1-\varkappa_2^2)-(1-\varkappa_1^2)z^2}{\varkappa_1^2(1-\varkappa_2^2)-\varkappa_2^2(1-\varkappa_1^2)z^2},\qquad z^2=\left(\frac{1-\varkappa_1^2}{1-\varkappa_2^2}\right)\left(\frac{1-\varkappa_2^2 y^2}{1-\varkappa_1^2 y^2}\right).$$

$$\text{Moduli:}\quad \left(\frac{1-\varkappa_1^2}{1-\varkappa_2^2}\right),\quad \left(\frac{1-\varkappa_1^2}{1-\varkappa_2^2}\right)\left(\frac{\varkappa_2^2}{\varkappa_3^2}\right),\quad \ldots\ldots\quad \left(\frac{1-\varkappa_1^2}{1-\varkappa_2^2}\right)\left(\frac{\varkappa_2^2-\varkappa_3^2}{\varkappa_1^2-\varkappa_3^2}\right).$$

: : : : : : : :

$$J.\quad \left\{\begin{array}{llllll}\text{Interv. ipsius } y: & 1, & 2, & 3, & \ldots\ldots & 2h+4.\\ \text{Interv. ipsius } z: & i+2, & i+1, & i, & \ldots\ldots & i+3.\end{array}\right\}$$

$$y^2=\frac{(\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_i^2)-(\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_{i-1}^2)z^2}{\varkappa_{i-1}^2(\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_i^2)-\varkappa_i^2(\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_{i-1}^2)z^2},\qquad z^2=\left(\frac{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_{i-1}^2}{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_i^2}\right)\frac{1-\varkappa_i^2 y^2}{1-\varkappa_{i-1}^2 y^2}\Bigg).$$

$$\text{Moduli:}\quad \left(\frac{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_{i-1}^2}{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_i^2}\right)\left(\frac{\varkappa_{i-3}^2-\varkappa_i^2}{\varkappa_{i-3}^2-\varkappa_{i-1}^2}\right),\quad \left(\frac{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_{i-1}^2}{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_i^2}\right)\left(\frac{\varkappa_{i-4}^2-\varkappa_i^2}{\varkappa_{i-4}^2-\varkappa_{i-1}^2}\right),\quad \ldots\ldots$$

$$\ldots\ldots\quad \left(\frac{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_{i-1}^2}{\varkappa_{i-2}^2-\varkappa_i^2}\right)\left(\frac{\varkappa_i^2-\varkappa_{i+1}^2}{\varkappa_{i-1}^2-\varkappa_{i+1}^2}\right).$$

: : : : : : : :

$2H+\mathrm{III}.$ $\begin{Bmatrix} \text{Interv. ipsius } y: & 1, & 2, & 3, & \dots & 2h+4. \\ \text{Interv. ipsius } z: & 1, & 6, & 5, & \dots & 2. \end{Bmatrix}$

$$y^2 = \frac{1}{\varkappa_{2h+1}^2 z^2}, \quad z^2 = \frac{1}{\varkappa_{2h+1}^2 z^2}.$$

$$\text{Moduli: } \frac{\varkappa_{2h+1}^2}{\varkappa_{2h-1}^2}, \quad \frac{\varkappa_{2h+1}^2}{\varkappa_{2h-1}^2}, \quad \dots \quad \varkappa_{2h+1}^2.$$

$2H+\mathrm{IV}.$ $\begin{Bmatrix} \text{Interv. ipsius } y: & 1, & 2, & 3, & \dots & 2h+4. \\ \text{Interv. ipsius } z: & 2, & 1, & 6, & \dots & 3. \end{Bmatrix}$

$$y^2 = -\frac{z^2}{1-z^2}, \quad z^2 = -\frac{y^2}{1-y^2}.$$

$$\text{Moduli: } 1-\varkappa_{2h+1}^2, \quad 1-\varkappa_{2h}^2, \quad \dots \quad 1-\varkappa_1^2.$$

Has transformationes per idem theorema, quod apud integralia primi ordinis demonstravimus unam ex alia derivari, dummodo ubique loco numeri 6, $2h+4$ ponatur, facile intelligitur.

V.

Quomodo integralia, hucusque tractata, inter limites reales quaslibet contenta, per aggregatum integralium formae:

$$\int_0^u \frac{\psi \sin^2 \mathrm{am}\, u \,.\, \partial u}{\sqrt{[(1-\varkappa_1^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a_1 \,.\, \sin^2 \mathrm{am}\, u) \dots (1-\varkappa_1^2 \sin^2 \mathrm{am}_{2h} \sin^2 \mathrm{am}\, u)]}}$$

exprimantur.

Ex iis, quae praemissa sunt, elucet, integrale

$$39. \quad \int_{\alpha_\mu}^x \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_{2h+4})]}},$$

argumento x inter α_μ et $\alpha_{\mu+1}$ versante, per aptam classis A substitutionem quae per formulam (34.) exhibetur, ad huiusmodi integrale

$$40. \quad \int_0^z \frac{\psi z^2 \partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa_1^2 z^2)(1-\varkappa_2^2 z^2)\dots(1-\varkappa_{2h+1}^2 z^2)]}},$$

ubi argumenti z valor unitatem haud superet, reduci posse; moduli per aequationes (35.) dantur. Eadem ratione integrale

$$\int_{\alpha_{\mu+1}}^x \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_{2h+4})]}}$$

per formulam (37.), in eandem illam formam transformatur, ubi moduli per (37.) dantur. Vix adnotandum est, has binas transformationes, quas eiusdem secundi intervalli nominaverimus, esse, atque in tabula apud integralia nostra sub eodem utriusque classis numero stare. Quae cum ita sint, integrale

$$\int_{\alpha_\mu}^{x} \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_{2h+4})]}},$$

ipso x in intervallo α_μ et $\alpha_{\mu+1}$ iacente et per integrale (40.), et per integralium

$$\int_0^1 \frac{\psi_1 z^2 \partial z}{\sqrt{\left[(1-z^2)(1-\varkappa_1^2 z^2)\left(1-\frac{\varkappa_1^2-\varkappa_{2h+1}^2}{1-\varkappa_{2h+1}^2}z^2\right)\left(1-\frac{\varkappa_1^2-\varkappa_{2h}^2}{1-\varkappa_{2h}^2}z^2\right)\dots\left(1-\frac{\varkappa_1^2-\varkappa_2^2}{1-\varkappa_2^2}z^2\right)\right]}}$$

$$+\int_0^z \frac{\psi_1 z^2 \partial z}{\sqrt{\left[(1-z^2)(1-\varkappa_1^2 z^2)\left(1-\frac{\varkappa_1^2-\varkappa_{2h+1}^2}{1-\varkappa_{2h+1}^2}z^2\right)\left(1-\frac{\varkappa_1^2-\varkappa_{2h}^2}{1-\varkappa_{2h}^2}z^2\right)\dots\left(1-\frac{\varkappa_1^2-\varkappa_2^2}{1-\varkappa_2^2}z^2\right)\right]}},$$

aggregatum ita exprimi posse, ut argumentum novum < 1 sit, apparet.

Ponamus igitur $z = \sin\operatorname{am}(u, \varkappa_1)$, atque quia $1 > \varkappa_1 > \varkappa_2 > \dots$ $\dots \varkappa_{2h+1}$ est,

$\varkappa^2 = \varkappa_1 \sin\operatorname{am}(a_1, \varkappa_1)$, $\varkappa_3 = \varkappa_1 \sin\operatorname{am}(a_2, \varkappa_1)$, $\dots$ $\varkappa_{2h+1} = \varkappa_1 \sin\operatorname{am}(a_{2h}, \varkappa_1)$.

Habemus igitur:

$$\partial u = \frac{\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa_1^2 z^2)]}},$$

atque:

$$\int_{\alpha_\mu}^{x} \frac{Fx\,\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_{2h+4})]}}$$

$$\text{aut } = \int_0^u \frac{\psi(\sin^2\operatorname{am} u).\partial u}{\sqrt{[(1-\varkappa_1^2\sin^2\operatorname{am} a_1 \sin^2\operatorname{am} u)\dots(1-\varkappa_1^2\sin^2\operatorname{am} a_{2h}\sin^2\operatorname{am} u)]}},$$

$$\text{aut } = \int_0^{\varkappa} \frac{\psi_1(\sin^2\operatorname{am} v).\partial v}{\sqrt{[(1-\varkappa_1^2\sin^2\operatorname{coam} a_{2h}\sin^2\operatorname{am} v)\dots(1-\varkappa_1^2\sin^2\operatorname{coam} a_1\sin^2\operatorname{am} v)]}}$$

$$+\int_0^v \frac{\psi_1(\sin^2\operatorname{am} v).\partial v}{\sqrt{[(1-\varkappa_1^2\sin^2\operatorname{coam} a_{2h}\sin^2\operatorname{am} v)\dots(1-\varkappa_1^2\sin^2\operatorname{coam} a_1\sin^2\operatorname{am} v)]}}.$$

Illic habemus:

$$\sin^2\operatorname{am}(u, \varkappa_1) = \left(\frac{\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1}}{\alpha_\mu-\alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{x-\alpha_\mu}{x-\alpha_{\mu+1}}\right),$$

hic:

$$\sin^2\operatorname{am}(v, \varkappa_1) = \left(\frac{\alpha_\mu-\alpha_{\mu+1}}{\alpha_\mu-\alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{x-\alpha_{\mu+1}}{x-\alpha_{\mu+2}}\right) = \sin^2\operatorname{coam}(u, \varkappa_1).$$

Ex notatione solemni: $\int_0^1 \frac{\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa_1^2 z^2)]}} = \varkappa$ positum est.

Iam vero inde integralis propositi evolutio duplex in series convergentes secundum sinus anguli $= \frac{\pi u}{2\varkappa}$ multiplorum comparata est. Si enim

formula

$$\frac{\psi(\sin^2 \mathrm{am}\, u)}{\sqrt{[(1-x_1^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a_1 \sin^2 \mathrm{am}\, u)\dots(1-x_1^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a_{2\lambda} \sin^2 \mathrm{am}\, u)]}},$$

aut:

$$\frac{\psi'(\sin^2 \mathrm{am}\, v)}{\sqrt{[(1-x_1^2 \sin^2 \mathrm{coam}\, a_{2\lambda} \sin^2 \mathrm{am}\, v)\dots(1-x_1^2 \sin^2 \mathrm{coam}\, a_1 \sin^2 \mathrm{am}\, v)]}},$$

per theoremata functionum ellipticarum in series convergentes secundum cosinus multiplorum anguli $\frac{\pi u}{2x}$ aut $\frac{\pi v}{2x}$ dissoluta sit, his seriebus per du multiplicatis atque integratione facta, series desideratas adipiscimur.

Inde denique sequitur, cum integrale

$$\int_m^n \frac{Fx\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_{2\lambda+4})]}},$$

ubi m et n valoribus quibuslibet realibus gaudent, ad aggregatum integralium formae (39.) reducatur, etiam hoc integrale per aggregatum serierum, quae secundum multiplorum anguli dati sinus progrediuntur, exprimi posse.

Adiiciamus adhuc de transformationibus eiusdem secundi intervalli apud integralia primi ordinis notam, ad utriusque modulos spectantem. Cum enim per utramque integrale

$$\int_{\alpha_\mu}^x \frac{Fx\partial x}{\sqrt{[(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_6)]}}$$

ad formam:

$$\int_0^z \frac{\psi.z^2\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-x^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}}$$

reducatur, in utra moduli minores sint, quaestio oritur. Iam vero obtinemus alterius transformationis modulis x^2, λ^2, μ^2 positis, prout habeamus

$$\text{aut: } 1-x^2 > (1-\lambda^2)(1-\mu^2),$$
$$\text{aut: } 1-x^2 = (1-\lambda^2)(1-\mu^2),$$
$$\text{aut: } 1-x^2 < (1-\lambda^2)(1-\mu^2),$$

alterius modulos ultimos deinceps aut minores aut eosdem aut maiores fore.

Posito enim:

$$1 = x^2 \gtreqless (1-\lambda^2)(1-\mu^2),$$

erit:

$$x^2 \lesseqgtr \lambda^2+\mu^2-\lambda^2\mu^2,$$

sive:

$$\frac{x^2-\mu^2}{1-\mu^2} \lesseqgtr \lambda^2, \quad \text{et} \quad \frac{x^2-\lambda^2}{1-\lambda^2} \lesseqgtr \mu^2,$$

quibus conditionibus, cum $\frac{x^2-\mu^2}{1-\mu^2}$, $\frac{x^2-\lambda^2}{1-\mu^2}$ ultimi alterius substitutionis moduli sint, quod erat demonstrandum, demonstratum est.

Inde adhuc sequitur, ut novi moduli l^2 et m^2 minores fiunt, quam λ^2 et μ^2, fore: $1-\lambda^2 < \sqrt{(1-x^2)}$; si enim $1-\lambda^2 \gtreqless \sqrt{(1-x^2)}$ esset, etiam esset $1-\mu^2 > \sqrt{(1-x^2)}$, unde sequeretur: $1-x^2 < (1-\lambda^2)(1-\mu^2)$. Dum igitur λ^2 inter limites x^2 et $(1-\sqrt{(1-x^2)})$ continetur, m^2 inter 0 et $1-\sqrt{(1-x^2)}$ iaceat necesse est. Ergo si μ^2 ipsum quantitatem $1-\sqrt{(1-x^2)}$ superat aut aequat, per substitutionem eiusdem secundi intervalli minimus modulus m^2 inter limites 0 et $1-\sqrt{(1-x^2)}$, atque secundus l^2 inter limites m^2 et $1-\sqrt{(1-x^2)}$ reducitur. Eodem modo, si $\mu^2 < 1-\sqrt{(1-x^2)}$ atque $\lambda^2 > 1-\sqrt{(1-x^2)}$ atque $1-x^2 > (1-\lambda^2)(1-\mu^2)$ fuerit, m^2 intra limites 0 et $1-\sqrt{(1-x^2)}$ atque l^2 intra λ^2 et $1-\sqrt{(1-x^2)}$ diminuuntur. Unde facillime diiudicari potest, utra transformatio integralis (39.) praeferenda sit. Si enim habeamus:

$$\left(\frac{\alpha_{\mu-1}-\alpha_\mu}{\alpha_{\mu-1}-\alpha_{\mu+1}}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu+3}}{\alpha_\mu-\alpha_{\mu+3}}\right) < \left(\frac{\alpha_{\mu-2}-\alpha_\mu}{\alpha_\mu-\alpha_{\mu+2}}\right)\left(\frac{\alpha_{\mu+1}-\alpha_{\mu+2}}{\alpha_{\mu-2}-\alpha_{\mu+1}}\right)$$

transformatio eiusdem numeri classis $(B.)$ minores suppeditabit modulos.

VI.
De tribus integralium Abelianorum cuiusque ordinis generibus principalibus.

Integralia ultraelliptica, quae supra in hanc formam:

$$\int \frac{\psi z^2 \partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-x_1^2 z^2)(1-x_2^2 z^2)\dots(1-x_{2h-3}^2 z^2)]}}$$

reduximus, functione ψz^2 alias aliasque induente formas, haud innumerabilia transcendentium genera distincta constituunt, sed in certa quaedam genera principalia, quippe e quibus, algebraicis functionibus additis, omnia cetera eiusdem ordinis componere licet, dispartiri possunt. Primum simplicissimumque genus integralium Abelianorum $h$ti ordinis oritur, si ψz^2 ut functio rationalis integra $h$tum ipsius z^2 gradum haud superans assumitur. Cuius generis integralia per quamlibet substitutionum nostrarum formae

$$z^2 = \frac{m+ny^2}{p+qy^2},$$

ubi coefficientes ex superioribus capitibus desumi possunt, in eandem ipsorum formam revertuntur. Integralia eiusdem ordinis, ubi ψz^2 aut integra functio superioris ordinis, aut fracta est, simili proprietate gaudere non videntur. De qua re priusquam amplius disseramus, integralium Abelianorum primi ordinis reductionem generalem ponere velimus.

Functio rationalis ψz^2, denominatore in nominatorem ducto, ad aggregatum functionis integrae et fractae, cuius nominatoris gradus denominatoris gradum haud aequat, reducta sit. Iam vero per methodos notissimas functio fracta illa in fractionis simplices resoluta sit, quae hac forma gaudeant:

$$\frac{N}{\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)^p},$$

ubi constantes N et m^2 quemque valorem realem imaginariumve habere possunt. Inde clarum fit, has duas generales integralium propositorum formas remanere:

$$\int\frac{z^{2m}\partial z}{\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}},$$

et

$$\int\frac{N\partial z}{\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)^p\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}},$$

ad quarum aggregata omnia cetera primi ordinis reduci possint. Illam formam per $Z^{(m)}$, hanc per $Y^{(p)}$ denotemus. Iam vero hic quaestio oritur, quot et quinam numeri m et p sint, ut ad $Z^{(m)}$ et $Y^{(p)}$ ceterae cunctae functiones similes, algebraicis functionibus adiectis, reduci possint.

Ponamus hunc ad finem in aequatione identica:

$$\int U\partial V+\int V\partial U = UV,$$

$$U=\sqrt{[(1-z^2)(1-\varkappa^2z^2)(1-\lambda^2z^2)(1-\mu^2z^2)]}=\Delta z, \qquad V=z^{2m-7}.$$

Evolvamus vero, ante substitutionem introductam, quantitatem U^2 ad dignitates ascendentes ipsius Z^2, ita ut sit:

$$U^2 = 1-(1+A)z^2+(A+B)z^4-(B+C)z^6+Cz^8,$$

ubi positum est:

$$A = \varkappa^2+\lambda^2+\mu^2,$$
$$B = \varkappa^2.\lambda^2+\varkappa^2.\mu^2+\lambda^2.\mu^2,$$
$$C = \varkappa^2.\lambda^2.\mu^2.$$

Tum habemus:

$$\int U\partial V = \int \frac{U^2\partial V}{U}$$
$$= (2m-7)\int \frac{z^{2m-8}\partial z}{U}[1-(1+A)z^2+(A+B)z^4-(B+C)z^6+Cz^8]$$
$$= (2m-7)[Z^{(m-4)}-(1+A)Z^{(m-3)}+(A+B)Z^{(m-2)}-(B+C)Z^{(m-1)}+CZ^{(m)}],$$

atque:

$$\int V\partial U = \int \frac{z^{2m-7}\partial z}{U}[-(1+A)z+2(A+B)z^3-3(B+C)z^5+4Cz^7]$$
$$= -(1+A)Z^{(m-3)}+2(A+B)Z^{(m-2)}-3(B+C)Z^{(m-1)}+4CZ^{(m)}.$$

Quibus formulis congregatis, haec aequationem identicam adipiscimur:

$$1.\quad z^{2m-7}\Delta z = (2m-7)Z^{(m-4)}-(2m-6)(1+A)Z^{(m-3)}$$
$$+(2m-5)(A+B)Z^{(m-2)}-(2m-4)(B+C)Z^{(m-1)}+(2m-3)CZ^{(m)}.$$

Quae formula docet integrale $Z^{(4+h)}$ semper per integralia $Z^{(0)}$, $Z^{(1)}$, $Z^{(2)}$, $Z^{(3)}$, et algebraicam ipsius x functionem exprimi posse, h quoque valore integro positivo gaudente. Derivatur enim ex formula praemissa haec, si $m=(4+h)$ ponatur:

$$2.\quad Z^{(h+4)} = \frac{z^{2h+1}.\Delta z}{(5+2h)C}-\frac{1+2h}{5+2h}\cdot\frac{1}{C}Z^{(h)}+\frac{2+2h}{5+2h}\cdot\frac{1+A}{C}Z^{(h+1)}$$
$$-\frac{3+2h}{5+2h}\cdot\frac{A+B}{C}Z^{(h+2)}+\frac{4+2h}{5+2h}\cdot\frac{B+C}{C}Z^{(h+3)};$$

unde clarum fit, $Z^{(h+4)}$ per $Z^{(h+3)}$, $Z^{(h+2)}$, $Z^{(h+1)}$, $Z^{(h)}$ exprimi posse, ita ut numero h sensim diminuto ad $Z^{(3)}$, $Z^{(2)}$, $Z^{(1)}$, $Z^{(0)}$ revenire liceat. Adnotemus etiam, integralia $Z^{(-h)}$ quae sub forma Y^h ut speciales casus, ubi $N=\left(-\frac{1}{m^2}\right)^h$ et $\frac{1}{m^2}=\infty$ ponitur, continentur, etiam per quatuor illa integralia exprimi posse. Ponamus enim $m=3-h$ in formula (1.); tum habemus:

$$3.\quad Z^{(-h-1)} = \frac{-z^{-(2h+1)}\Delta z}{2h+1}+\frac{2h}{2h+1}(1+A)Z^{(-h)}-\frac{2h-1}{2h+1}(A+B)Z^{(1-h)}$$
$$+\frac{2h-2}{2h+1}(B+C)Z^{(2-h)}-\frac{2h-3}{2h+1}CZ^{(3-h)},$$

unde clarum fit, indicem h usque ad 0 diminui posse.

Iam vero ad reductionem functionum $Y^{(p)}$ transeamus. Ponamus:

$$U = z\sqrt{[(1-(1+A)z^2+(A+B)z^4-(B+C)z^6+Cz^8)]} = z\Delta z,$$
$$V=\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)^{-(p-1)};$$

inde fit:

$$4.\quad \begin{cases} \int U\partial V = \frac{2}{m^2}(p-1)\int \frac{\partial z.(z^2-(1+A)z^4+(A+B)z^6-(B+C)z^8+Cz^{10})}{\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)^p.\Delta z}, \\ \int V\partial U = \int \frac{\partial z.\Delta z}{\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)^{p-1}} - \int \frac{\partial z((1+A)z^2-2(A+B)z^4+3(B+C)z^6-4Cz^8)}{\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)^{p-1}.\Delta z}, \end{cases}$$

sive:

$$5.\quad = \int \frac{\partial z(1-2(1+A)z^2+3(A+B)z^4-4(B+C)z^6+5Cz^8)}{\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)^{p-1}.\Delta z}.$$

Iam vero nominatores formularum (4.) et (5.), quippe qui rationales ipsius z^2 functiones integrae sunt, in seriem finitam ad dignitates ipsius $\left(1-\frac{1}{m^2}z^2\right)$ progredientem, evolvantur. Quam ad finem, priori nominatore per fz^2 denotato, habemus:

$$f(z^2) = f(m^2) - m^2.\frac{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)}{1}f'(m^2) + m^4\frac{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)^2}{1.2}f''(m^2) - \text{etc.},$$

ubi per $f'(m^2)$, $f''(m^2)$ functiones derivatas ipsius fz^2, quantitate z^2 ut variabili assumta, atque loco ipsius z^2, quantitate m^2 substituta, significamus. Facile videmus nominatorem formulae (5.) esse $=f'(z^2)$; nec non habemus:

$$\begin{aligned} f(m^2) &= m^2-(1+A)m^4+(A+B)m^6-(B+C)m^8+Cm^{10}, \\ f'(m^2) &= 1-2(1+A)m^2+3(A+B)m^4-4(B+C)m^6+5Cm^8, \\ f''(m^2) &= -1.2(1+A)+2.3(A+B)m^2-3.4(B+C)m^4-4.5Cm^6, \\ f'''(m^2) &= 1.2.3(A+B)-2.3.4(B+C)m^2+3.4.5Cm^4, \\ f^{IV}(m^2) &= -1.2.3.4(B+C)+2.3.4.5Cm^2, \\ f^{V}(m^2) &= 1.2.3.4.5C. \end{aligned}$$

Quibus formulis adhibitis, ex aequatione identica:

$$\int U\partial V + \int V\partial U = UV,$$

hanc adipiscimur aequationem:

$$\frac{Nz.\Delta z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)^{p-1}} = \left\{ \begin{array}{l} \frac{2}{m^2}(p-1)f(m^2)Y^{(p)} - (2p-3)f'(m^2)Y^{(p-1)} + \frac{(2p-4)}{1.2}m^2f''(m^2)Y^{(p-2)} \\ -\frac{2p-5}{1.2.3}m^4f'''(m^2)Y^{(p-3)} + \frac{2p-6}{1.2.3.4}m^6f^{IV}(m^2)Y^{(p-4)} - \frac{2p-7}{1.2.3.4.5}m^8f^{V}(m^2)Y^{(p-5)} \end{array} \right\}$$

Hinc denique hanc generalem formulam reductionis derivamus:

$$6.\quad 2(p-1)[1-(1+A)m^2+(A+B)m^4-(B+C)m^6+Cm^8]Y^{(p)}$$

$$= \left\{\begin{array}{l} (2p-3)[1-2(1+A)m^2+3(A+B)m^4-4(B+C)m^6+5Cm^8]Y^{(p-1)} \\ +(2p-4)[(1+A)m^2-3(A+B)m^4+6(B+C)m^6-10Cm^8]Y^{(p-2)} \\ +(2p-5)[(A+B)m^4-4(B+C)m^6+10Cm^8]Y^{(p-3)} \\ +(2p-6)[(B+C)m^6-5Cm^8]Y^{(p-4)}+(2p-7)Cm^8Y^{(p-5)}+\dfrac{Nz\Delta z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)^{p-1}}. \end{array}\right.$$

Qua formula ostenditur, si $p \geqq 2$ ponatur, $Y^{(p)}$ semper per functiones Y cum minoribus indicibus, idonea functione algebraica addita, exprimi posse. Si usque ad $p=2$ pervenimus, $Y^{(2)}$ per $Y^{(1)}$, $Y^{(0)}$, $Y^{(-1)}$, $Y^{(-2)}$, $Y^{(-3)}$ exprimuntur, quarum quatuor ultimae facile ad functiones $Z^{(0)}$, $Z^{(1)}$, $Z^{(2)}$, $Z^{(3)}$ reduci possunt.

Quae cum ita sint, omnia integralia Abeliana prima ordinis ad has functiones

$$Z^{(0)},\quad Z^{(1)},\quad Z^{(2)},\quad Z^{(3)},\quad Y^{(1)},$$

sive ad haec integralia:

$$\int\frac{\partial z}{\Delta z},\quad \int\frac{z^2.\partial z}{\Delta z},\quad \int\frac{z^4.\partial z}{\Delta z},\quad \int\frac{z^6.\partial z}{\Delta z},\quad \int\frac{N\partial z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)\Delta z}$$

reduci posse, clare demonstratum est.

Adiiciantur adhuc hic formulae in generali theoria haud supervacaneae, quae ex aequatione (6.), ibi primo termino $=0$ posito, atque $p=2$ facto, emergunt. Habemus enim his positis:

$$1-(1+A)m^2+(A+B)m^4-(B+C)m^6+Cm^8 = 0,$$

sive

$$(1-m^2)(1-m^2\varkappa^2)(1-m^2\lambda^2)(1-m^2\mu^2) = 0.$$

Inde sequuntur hae suppositiones, ut primus terminus evanescat, aut:

$$m^2 = -\frac{1}{\infty},\qquad N=\infty;$$

tum enim fit

$$Y^{(2)}=0,\quad Y^{(1)}=\int\frac{\partial z}{z^2\Delta z^2},\quad m^2Y^{(0)}=\int\frac{\partial z}{\Delta z},\quad m^4Y^{(-1)}=\int\frac{z^2\partial z}{\Delta z}\ \text{etc.}$$

aut:

$$m^2=1,\quad \text{aut } m^2=\frac{1}{\varkappa^2},\quad \text{aut } m^2=\frac{1}{\lambda^2},\quad \text{aut } m^2=\frac{1}{\mu^2}.$$

Inde, functionibus $Z^{(0)}$, $Z^{(1)}$, $Z^{(2)}$, Z^3 loco ipsorum $Y^{(0)}$, $Y^{(-1)}$, $Y^{(-2)}$, $Y^{(-3)}$ apte introductis, ex aequatione (6.) has formulas memorabiles derivamus:

$$7.\quad \int\frac{\partial z}{z^2\Delta z} = (A+B)Z^{(1)}-2(B+C)Z^{(2)}+3CZ^{(3)}-\frac{\Delta z}{z}.$$

$$8. \int \frac{(1-x^2)(1-\lambda^2)(1-\mu^2)\partial z}{(1-z^2)\Delta z}$$
$$= -(A+B+C)Z^{(0)} + (A+B-C)Z^{(1)} - (2B+C)Z^{(2)} - 3CZ^{(3)} + \frac{z\Delta z}{(1-z^2)}.$$

$$9. \int \frac{\left(1 - \frac{2(1+A)}{x^2} + \frac{3(A+B)}{x^4} - \frac{4(B+C)}{x^6} + \frac{5C}{x^8}\right)\partial z}{(1-x^2z^2)\Delta z}$$
$$= \left\{ \begin{array}{l} \left(\frac{A+B}{x^4} - \frac{2(B+C)}{x^6} + \frac{3C}{x^8}\right)Z^{(0)} - \left(\frac{A+B}{x^4} - \frac{C}{x^8}\right)Z^{(1)} \\ + \left(\frac{2(B+C)}{x^6} - \frac{C}{x^8}\right)Z^{(2)} + \frac{3C}{x^8}Z^{(3)} - \frac{z\Delta z}{1-x^2z^2} \end{array} \right\}.$$

$$10. \int \frac{\left(1 - \frac{2(1+A)}{\lambda^2} + \frac{3(A+B)}{\lambda^4} - \frac{4(A+C)}{\lambda^6} + \frac{5C}{\lambda^8}\right)\partial z}{(1-\lambda^2z^2)\Delta z}$$
$$= \left\{ \begin{array}{l} \left(\frac{A+B}{\lambda^4} - \frac{2(B+C)}{\lambda^6} + \frac{3C'}{\lambda^8}\right)Z^{(0)} - \left(\frac{A+B}{\lambda^4} - \frac{C}{\lambda^8}\right)Z^{(1)} \\ + \left(\frac{2(B+C)}{\lambda^6} - \frac{C}{\lambda^8}\right)Z^{(2)} + \frac{3C}{\lambda^8}Z^{(3)} - \frac{z\Delta z}{1-\lambda^2z^2} \end{array} \right\}.$$

$$11. \int \frac{\left(1 - \frac{2(1+A)}{\mu^2} + \frac{3(A+B)}{\mu^4} - \frac{4(B+C)}{\mu^6} + \frac{5C}{\mu^8}\right)\partial z}{(1-\mu^2z^2)\Delta z}$$
$$= \left\{ \begin{array}{l} \left(\frac{A+B}{\mu^4} - \frac{2(B+C)}{\mu^6} + \frac{3C}{\mu^8}\right)Z^{(0)} - \left(\frac{A+B}{\mu^4} - \frac{C}{\mu^8}\right)Z^{(1)} \\ + \left(\frac{2(B+C)}{\mu^6} - \frac{C}{\mu^8}\right)Z^{(2)} + \frac{3C}{\mu^8}Z^{(3)} - \frac{z\Delta z}{1-\mu^2z^2} \end{array} \right\}.$$

Quae formulae docent, integralia formae $Y^{(p)}$, quorum parameter $\frac{1}{m^2}$ vel uni modulorum, vel unitati aequus est, vel in infinitum abit, semper ad integralia formae $Z^{(0)}$, $Z^{(1)}$, $Z^{(2)}$, $Z^{(3)}$ algebraica functione adiecta, reduci posse.

Jam vero, ut distributionem integralium propositorum definiamus, ad illam quaestionem generalem reverti licet, ad quaenam integralium formas delabamur, duodecim nostris substitutionibus fundamentalibus in integralia formae:

$$\int \frac{\psi z^2 \partial z}{\Delta z}$$

introductis.

Has enim duodecim substitutiones formae: $z^2 = \frac{m+ny^2}{p+qy^2}$ in quinque illis functionibus, ad quas omnes ceteras reduximus, adhibere debemus. Quo facto, integralia $\int \frac{\partial z}{\Delta z}$ et $\int \frac{z^2 \partial z}{\Delta z}$ in hanc formam abeunt:

$$\int \frac{(A+By^2)\partial y}{\Delta y}.$$

Integralia vero $\int \frac{z^4 \partial z}{\Delta z}$: in horum commutantur integralium aggregatum:

$$\int \frac{(A+By^2)\partial y}{\Delta y} + \int \frac{N\partial y}{\left(1+\frac{qy^2}{p}\right)\Delta y}.$$

Integralia formae: $\int \frac{z^6 \partial z}{\Delta z}$, hanc formam induunt:

$$\int \frac{(A+By^2)dy}{\Delta y} + \int \frac{M\partial y}{\left(1+\frac{q}{p}y^2\right)^2 \Delta y} + \int \frac{N\partial y}{\left(1+\frac{q}{p}y^2\right)^2 \Delta y},$$

quorum integralium secundum per methodos expositas ad talia integralia:

$$\int \frac{(A_1+B_1y^2)\partial y}{\Delta y} + \int \frac{(C_1y^4+D_1y^6)\partial y}{\Delta y} + \int \frac{E\partial y}{\left(1+\frac{q}{p}y^2\right)\Delta y}$$

reducitur, functione algebraica adiecta; ita ut integrale $\int \frac{z^6 \partial z}{\Delta z}$ per hoc aggregatum:

$$\int \frac{(A+By^2)\partial y}{\Delta y} + \int \frac{(Cy^4+Dy^6)\partial y}{\Delta y} + \int \frac{N\partial y}{\left(1+\frac{q}{p}y^2\right)\Delta y} + fy$$

exprimatur, ubi A, B, C, D, N constantes determinandae, atque fy functio algebraica est.

Integralia denique ultima $\int \frac{N\partial z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)\Delta z}$, per huiusmodi aggregatum exprimuntur:

$$\int \frac{(A+By^2)\partial y}{\Delta y} + \int \frac{N\partial y}{\left(1-\frac{1}{m^2}y^2\right)\Delta z}.$$

Iam vero ex artc. (33.) et (34.) capitis tertii videmus, quantitatem $-\frac{q}{p}$ in omnibus duodecim substitutionibus, vel modulum novi integralis, vel $=1$, vel $=0$, vel $=\infty$ fieri, ita ut integralia formae $Y^{(1)}$, quae apud transformationem integralium $\int \frac{z^4 \partial z}{\Delta z}$ atque $\int \frac{z^6 \partial z}{\Delta z}$ proveniant, ex formulis draemissis (7.), (8.), (9.), (10.), (11.), ad integralia formae $Z^{(0)}$, $Z^{(1)}$, $Z^{(2)}$, $Z^{(3)}$ reduci possint. Habemus igitur has reductiones, si duodecim substitutiones adhibeamus:

Integralia formae $\int \frac{(A+Bz^2)\partial z}{\Delta z}$, qualibet substitutione fundamentali facta, in eandem formam redeunt.

Integralia formae $\int\frac{(Cz^4+Dz^6)\partial z}{\Delta z}$, qualibet illarum substitutionum adhibita, reductionibus factis ad haec integralia reveniunt, functione algebraica adiecta:

$$\int\frac{(A_1+B_1z^2)\partial z}{\Delta z}+\int\frac{C_1z^4+D_1z^6)\partial z}{\Delta z}.$$

Integralia formae $\int\frac{N\partial z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)\Delta z}$, qualibet substitutione fundamentali introducta, in huiusmodi integralia abeunt:

$$\int\frac{(A+Bz)^2\partial z}{\Delta z}+\int\frac{N\partial z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)\Delta z}.$$

Semper igitur ad tria genera integralium reducimur, quae etiam prorsus diversa natura gaudere, eodem modo ac tria genera integralium ellipticorum, videbimus. Vocemus igitur primum genus:

$$\int_c^z\frac{(M_0+M_1z^2)\partial z}{\Delta z}=\Pi_1 z.$$

secundum genus:

$$\int_c^z\frac{(M_2z^4+M_3z^6)\partial z}{\Delta z}=\Pi_2 z,$$

tertium genus:

$$\int_c^z\frac{\partial z}{\left(1-\frac{z^2}{m^2}\right)\Delta z}=\Pi_3 z,$$

ubi quantitas c constans quaelibet est.

VII.

Theorematis fundamentalis expositio generalis.

Quam distributionem ex natura integralium Abelianorum emanare, theoremate Abeliano fundamentali demonstratur, quippe quod hic exponamus.

Hunc ad finem has functiones integras ipsius x alteram parem, alteram imparem assumamus:

$$12.\quad \begin{cases} A_0+A_1x^2+\text{etc.}+A_nx^{2n}, \\ B_0x+B_1x^3+\text{etc.}+B_px^{2p+1}, \end{cases}$$

utramlibet functionem, per $\Theta_1 x$ denotemus, alteramque per $\Theta_2 x$. Deinde functionem $(1-x^2)(1-\varkappa^2x^2)(1-\lambda^2x^2)(1-\mu^2x^2)$ in duos factores pares

$\varphi_1 x$ et $\varphi_2 x$ discerpamus, ita habeamus:

13. $\sqrt{[(1-x^2)(1-\varkappa^2 x^2)(1-\lambda^2 x^2)(1-\mu^2 x^2)} = \sqrt{(\varphi_1 x . \varphi_2 x)} = \Delta x.$

Iam vero dico functiones:

$$(\Theta_1 x)^2(\varphi_1 x) \text{ et } (\Theta_2 x)^2(\varphi_2 x)$$

eiusdem ordinis ipsius x esse non posse, quia numerus quo differentia ordinum ipsorum $(\Theta_1 x)^2$ et $(\Theta_2 x)^2$ exhibetur, formae $4K+2$ est, dum differentia ordinum functionum $\varphi_1 x$ et $\varphi_2 x$ divisore 4 gaudet. Hanc ob rem, $\Theta_1 x$ ut eam ambarum functionum (12.) assumere licet, qua ordo ipsius $(\Theta_1 x)^2 \varphi_1 x$ maior quam ipsius $(\Theta_2 x)^2 \varphi_2 x$ ordo reddatur.

Tum pono productum hoc:

14. $(\Theta_1 x)^2 \varphi_1 x - (\Theta_2 x)^2 \varphi_2 x = Fx,$

in factores formae $x^2 - x_1^2$ dissolutum esse, ita ut habeamus:

15. $(\Theta_1 x)^2 \varphi_1 x - (\Theta_2 x)^2 \varphi_2 x = A(x^2 - x_1^2)(x^2 - x_2^2) \dots (x^2 - x_\mu^2)$

ubi A quantitas ab x non dependens est.

Iam vero coefficientibus A_0, A, etc. atque B_0, B, etc. ut functionibus unius vel plurium variabilium independentium, quas y, z etc. vocamus, tractatis, contra $\varkappa^2$, λ^2, μ^2, ut constantibus, radices x_1, x_2 etc. functiones quantitatum y, z etc. fore clarum est. Illustrissimum igitur theorema Abelianum, ad nostrum casum specialem restrictum, ita audit:

„Quantitatibus x_1, x_2 etc. ex aequatione (15.) determinatis, hae „relationes trium transcendentium Π_1, Π_2, Π_3 valebunt:

$$\varepsilon_1 \Pi_1 x_1 + \varepsilon_2 \Pi_1 x_2 + \text{etc.} \quad + \varepsilon_\mu \Pi_1 x_\mu + C = o,$$
$$\varepsilon_1 \Pi_2 x_1 + \varepsilon_2 \Pi_2 x_2 + \text{etc.} \quad + \varepsilon_\mu \Pi_2 x_\mu + C = \upsilon,$$
$$\varepsilon_1 \Pi_3 x_1 + \varepsilon_2 \Pi_3 x^2 + \text{etc.} \quad + \varepsilon_\mu \Pi_3 x_\mu + C = \zeta,$$

„ubi C quantitas constans est, quae nec cum quantitatibus y, z, etc. nec „cum coefficientibus A_0, A, etc. B_0, B, etc. mutatur, υ vero functio al„gebraica et ζ functio logarithmica earundem quantitatum vel coefficien„tium, tum denique ε_1, ε_2 etc. $= +1$ vel $= -1$ his aequationibus deter„minantur:

16. $\varepsilon_1 = \dfrac{(\Theta_1 x_1)\sqrt{(\varphi_1 x_1)}}{\Theta_2 x_1 \sqrt{(\varphi_2 x_1)}}, \quad \varepsilon_2 = \dfrac{(\Theta_1 x_2)\sqrt{(\varphi_1 x_2)}}{\Theta_2 x_2 \sqrt{(\varphi_2 x_2)}} \text{ etc.}, \quad \varepsilon_2 = \dfrac{(\Theta_1 x_\mu)\sqrt{(\varphi_1 x_\mu)}}{\Theta_2 x_\mu \sqrt{(\varphi_2 x_\mu)}}.$ “

In producto enim (14.) loco ipsius x^2 prima radicum aequationis (15.) $= x_1^2$ introducta atque per $\delta_y \Theta_1 x_1$ et $\delta_y \Theta_2 x_1$ his functionibus:

$$17. \begin{cases} \dfrac{\partial A}{\partial y} + \dfrac{\partial A_1}{\partial y} x_1^2 + \dfrac{\partial A_2}{\partial y} x_1^4 + \text{etc.} \quad + \dfrac{\partial A_n}{\partial y} x^{2n}, \\ \dfrac{\partial B_0}{\partial y} x_1 + \dfrac{\partial B_1}{\partial y} x_1^3 + \dfrac{\partial B_2}{\partial y} x_1^5 + \text{etc.} \quad + \dfrac{\partial B_p}{\partial y} x_1^{2p+1}, \end{cases}$$

apte denotatis, ex (15.) haec aequatio deducitur:

$$18. \quad (\Theta_1 x_1)^2 \varphi_1 x_1 - (\Theta_2 x_1)^2 \varphi_2 x_1 = 0,$$

atque huius differentiale partiale, dum x_1 ut functio ipsius y tractatur:

$$19. \quad F^1 x_1 . \frac{\partial x_1}{\partial y} + 2[\Theta_1 x_1 \delta_y \Theta_1 x_1 . \varphi_1 x_1 - \Theta_2 x_1 . \delta_y \Theta_2 x_1 \varphi_2 x_1] = 0.$$

Hic vero formulis, quae ex aequationibus (16.) facillime deducuntur:

$$\Theta_1 x_1 \varphi_1 x_1 = \varepsilon_1 \Theta_2 x_1 \Delta x_1,$$
$$\Theta_2 x_1 \varphi_2 x_1 = \varepsilon_1 \Theta_1 x_1 \Delta x_1,$$

substitutis, atque utroque termino per $\left(1 - \frac{x_1^2}{m^2}\right) . F^1 x_1 . \Delta x_1$ diviso, nanciscimur:

$$20. \quad \frac{2(\Theta_1 x_1 . \delta_y \Theta_2 x_1 - \Theta_2 x_1 \delta_y \Theta_1 x_1)}{(F^1 x)\left(1 - \frac{x_1^2}{m^2}\right)} = \varepsilon_1 \frac{\partial x_1}{\partial y} . \frac{1}{\left(1 - \frac{x_1^2}{m^2}\right) \Delta x_1} .$$

Sin ponamus:

$$\int_c^{x_1} \frac{\partial x_1}{\left(1 - \frac{x_1^2}{m^2}\right) \Delta x_1} = \Pi_3 x_1,$$

ex aequatione (20.) cum quantitates m^2, $\varkappa^2$, λ^2, μ^2, c constantes sint, sequitur haec:

$$21. \quad \varepsilon_1 \frac{\partial \Pi_3 x_1}{\partial y} = \frac{2((\Theta_1 x_1) \delta_y \Theta_2 x_1 - \Theta_2 x_1 \delta_y \Theta_1 x_1)}{\left(1 - \frac{x_1^2}{m^2}\right) F^1 x_1} .$$

Prorsus eadem ratione nanciscimur similem aequationem differentialem partialem pro quaque ceterarum radicum, nimirum:

$$21. \begin{cases} \varepsilon_2 \dfrac{\partial \Pi_3 x_2}{\partial y} = \dfrac{2((\Theta_1 x_2)(\delta_y \Theta_2 x_2) - (\Theta_2 x_2)(\delta_y \Theta_1 x_2))}{\left(1 - \frac{x_2^2}{m^2}\right) F^1 x_2}, \\ \text{etc.} \\ \varepsilon_\mu \dfrac{\partial \Pi_3 x_\mu}{\partial y} = \dfrac{2((\Theta_1 x_\mu)(\delta_y \Theta_2 x_\mu) - (\Theta_2 x_\mu)(\delta_y \Theta_1 x_\mu))}{\left(1 - \frac{x_\mu^2}{m^2}\right) F^1 x_\mu}, \end{cases}$$

Functionis integrae:

$$\Theta_1 x \delta_y \Theta_2 x - \Theta_2 x \delta_y \Theta_1 x$$

ordo numerum $2n + 2p + 1$ superare nequit, quo functionis $F^1 x$ ordo semper maior est; ita ex notissimo theoremate de fractionibus algebraicis sequitur esse:

$$\frac{(\Theta_1 x_1)(\delta_y \Theta_2 x_1) - (\Theta_2 x_1)(\delta_y \Theta_1 x_1)}{\left(1 - \frac{x_1^2}{m_2}\right) F^1 x_1} + \frac{\Theta_1 x_2 \delta_y \Theta_2 x_2 - \Theta_2 x_2 \delta_y \Theta_1 x_2}{\left(1 - \frac{x_2^2}{m^2}\right) F^1 x_2} + \dots$$

$$\dots + \frac{\Theta_1 x_\mu \delta_y \Theta_2 x_\mu - \Theta_2 x_\mu \delta_y \Theta_1 x_\mu}{\left(1 - \frac{x_\mu^2}{m^2}\right) F^1 x_\mu} = \frac{m}{2} \frac{(\Theta_1 m)(\delta_y \Theta_2 m) - (\Theta_2 m)(\delta_y \Theta_1 m)}{F(m)} .$$

Aequationibus igitur (21.) additis, habemus:

$$22.\quad \frac{\partial[\Pi_3 x_1 + \Pi_3 x_2 + \text{etc.} + \Pi_3 x_\mu]}{\partial y} = \frac{m.(\Theta_1 m)(\partial_y \Theta_2 m) - (\Theta_2 m)(\partial_y \Theta_1 m)}{Fm}.$$

eodemque calculo ad variabiles ceteras independentes, z, etc. extenso, iisdemque signis adhibitis:

$$23.\quad \frac{\partial(\Pi_3 x_1 + \Pi_3 x_2 \text{ etc. } + \Pi_3 x_\mu)}{\partial z} = \frac{m.(\Theta_1 m\, \partial_z \Theta_2 m - \Theta_2 m\, \partial_z \Theta_1 m)}{Fm}$$

etc.

Ex his aequationibus differentialibus partialibus, aequatio haec differentialis totalis derivatur, loco Fm valore ex (14.) substituto:

$$24.\quad \partial(\Pi_3 x_1 + \Pi_3 x_2 + \text{etc.} + \Pi_3 x_\mu) = \frac{m(\Theta_1 m.\partial\Theta_2 m - \Theta_2 m \partial\Theta_1 m)}{(\Theta_1 m)^2 \varphi_1 m - (\Theta_2 m)^2 \varphi_2 m}.$$

ubi per $\partial\Theta_2 m$ et $\partial\Theta_1 m$ hae formulae differentiales denotantur:

$$\partial A_0 + m^2 \partial A_1 + m^4 \partial A_2 + \text{etc.} + m^{2n} \partial A_n,$$
$$m\partial B_0 + m^3 \partial B_1 + m^5 \partial B_2 + \text{etc.} + m^{2p+1} \partial B_p.$$

Aequatione (24.) integrata, adipiscimur:

$$25.\quad \Pi_3 x_1 + \Pi_3 x_2 + \text{etc.} + \Pi_3 x_\mu + C = \frac{m}{2\Delta m}\log\frac{\Theta_1 m\sqrt{(\varphi_1 m)} + \Theta_2 m\sqrt{(\varphi_2 m)}}{\Theta_1 m\sqrt{(\varphi_1 m)} - \Theta_2 m\sqrt{(\varphi_2 m)}}.$$

Hac aequatione tertia aequatio theorematis enuntiati exhibetur. Ut utramque priorem eiusdem theorematis aequationem inde derivemus, utrumque terminum aequationis (24.) in seriem secundum dignitates ipsius $\frac{1}{m}$ ascendentes progredientem evolvamus necesse est. Quem ad finem in integrali:

$$\Pi_3 x = \int_a^x \frac{\partial x}{\left(1 - \frac{x^2}{m^2}\right)\Delta x},$$

$$1 - \frac{x^2}{m^2} = 1 + \frac{x^2}{m^2} + \frac{x^4}{m^4} + \text{etc.}$$

posito, prior terminus hanc seriem praebet:

$$26.\quad \begin{cases} \partial.\left(\varepsilon_1 \int_a^{x_1} \frac{\partial x_1}{\Delta x_1} + \varepsilon_2 \int_a^{x_2} \frac{\partial x_2}{\Delta x_2} + \text{etc.} + \varepsilon_\mu \int_a^{x_\mu} \frac{\partial x_\mu}{\Delta x_\mu}\right) \\ + \frac{\partial}{m^2}.\left(\varepsilon_1 \int_a^{x_1} \frac{x_1^2 \partial x_1}{\Delta x_1} + \varepsilon_2 \int_a^{x_2} \frac{x_2^2 \partial x_2}{\Delta x_2} + \text{etc.} + \varepsilon_\mu \int_a^{x_\mu} \frac{x_\mu^2 \partial x_\mu}{\Delta x_\mu}\right) \\ + \frac{\partial}{m^4}.\left(\varepsilon_1 \int_a^{x_1} \frac{x_1^4 \partial x_1}{\Delta x_1} + \varepsilon_2 \int_a^{x_2} \frac{x_2^4 \partial x_2}{\Delta x_2} + \text{etc.} + \varepsilon_\mu \int_a^{x_\mu} \frac{x_\mu^4 \partial x_\mu}{\Delta x_\mu}\right) \\ + \text{etc.} \end{cases}$$

Alter terminus ita scriptus:

$$\partial\,.\left\{\frac{m}{2\varDelta m}\log\left(\frac{1+\frac{\Theta_2 m}{\Theta_1 m}\sqrt{\left(\frac{\varphi_2 m}{\varphi_1 m}\right)}}{1-\frac{\Theta_2 m}{\Theta_1 m}\sqrt{\left(\frac{\varphi_2 m}{\varphi_1 m}\right)}}\right)\right\},$$

in hoc differentiale abit:

$$\partial\left\{\left(\frac{m}{\varDelta m}\right).\left[\frac{\Theta_2 m}{\Theta_1 m}\sqrt{\left(\frac{\varphi_2 m}{\varphi_1 m}\right)}\right]+\frac{1}{3}\left(\frac{m}{\varDelta m}\right).\left[\frac{\Theta_2 m}{\Theta_1 m}\sqrt{\left(\frac{\varphi_2 m}{\varphi_1 m}\right)}\right]^3+\text{etc.}\right\}.$$

Cum vero $\Theta_1 m\sqrt{(\varphi_1 m)}$ maiori potestate summa ipsius m, quam $\Theta_2 m\sqrt{(\varphi_2 m)}$ gaudere, assumtum sit, nec non $\frac{\Theta_2 m}{\Theta_1 m}\sqrt{\left(\frac{\varphi_2 m}{\varphi_1 m}\right)}$ functio impar sit, eidem functioni hanc formam tribuere licet:

$$=\frac{1}{m}\left(D_0+D_1\frac{1}{m^2}+D_2\frac{1}{m^4}+\text{etc.}\right).$$

Eodem modo functio $\frac{m}{\varDelta m}$ in huiusmodi seriem secundum potestates ipsius $\frac{1}{m}$ progredientem evoluatur necesse est:

$$\frac{1}{m^3}\left(E_0+E_1\frac{1}{m^2}+\text{etc.}\right).$$

Quibus collectis secundus terminus ad potestates ipsius $\frac{1}{m^2}$ evolutus hac forma gaudebit:

$$27.\quad \frac{\partial}{m^4}.(E_0 D_0)+\partial.\frac{1}{m^6}(E_0 D_1+E_1 D_0+\tfrac{1}{3}D_0^3 E_0)+\text{etc.}$$

ubi E_0, E_1, ... D_0, D_1, ... functiones finitae algebraicae coefficientium ipsorum $\Theta_1 x$ et $\Theta_2 x$ fiunt. Evolutione (26.) cum hac ultima collata, quippe quae pro quoque valore ipsius m valet, nanciscimur has relationes, dum integrationes faciamus:

$$\varepsilon_1\int_c^{x_1}\frac{\partial x_1}{\varDelta x_1}+\varepsilon_2\int_c^{x_2}\frac{\partial x_2}{\varDelta x_2}+\text{etc.}+\varepsilon_\mu\int_c^{x_\mu}\frac{\partial x_\mu}{\varDelta x_\mu}+C=0,$$

$$\varepsilon_1\int_c^{x_1}\frac{x_1^2\,\partial x_1}{\varDelta x_1}+\varepsilon_2\int_c^{x_2}\frac{x_2^2\,\partial x_2}{\varDelta x_2}+\text{etc.}+\varepsilon_\mu\int_c^{x_\mu}\frac{x_\mu^2\,\partial x_\mu}{\varDelta x_\mu}+C=0,$$

$$\varepsilon_1\int_c^{x_1}\frac{x_1^4\,\partial x_1}{\varDelta x_1}+\varepsilon_2\int^{x_2}\frac{x_2^4\,\partial x_2}{\varDelta x_2}+\text{etc.}+\varepsilon_\mu\int_c^{x_\mu}\frac{x_\mu^4\,\partial x_\mu}{\varDelta x_\mu}+C=E_0.D_0,$$

$$\varepsilon_1\int_c^{x_1}\frac{x_1^6\,\partial x_1}{\varDelta x_1}+\varepsilon_2\int_c^{x_2}\frac{x_2^6\,\partial x_2}{\varDelta x_2}+\text{etc.}+\varepsilon_\mu\int_c^{x_\mu}\frac{x_\mu^6\,\partial x_\mu}{\varDelta x_\mu}+C=E_0 D_1+E_1 D_0+\tfrac{1}{3}E_0 D_0^3.$$

Hinc utraque prior relatio in theoremate enuntiata, derivatur.

Prorsus simili ratione integralia Abeliana superiorum ordinum in tria genera diversa dividuntur, ad quae cetera eiusdem ordinis omnia reduci possunt. Quam rem calculi extensi causa praetermittamus. Tria ge-

nera transcendentium hoc modo primo introducta, cum tribus generibus integralium ellipticorum eadem natura gaudere, ex iis quae supra allata sunt, clarum esse videtur.

Ex theoremate allato, theorema de additione functionum Abelianorum ita derivare possumus. Ponamus coefficientes functionum $\Theta_1 x$ et $\Theta_2 x$: A_0, A_1, etc. A_n; B_0, B_1, etc. B_p per $(p+n+1)$ quantitates x_1, x_2, ... x_{p+n+1} ita determinatos, ut habeamus:

$$\Theta_1 x_1 \cdot \surd(\varphi_1 x_1) = \Theta_2 x_1 \surd(\varphi_2 x_1),$$
$$\Theta_1 x_2 \cdot \surd(\varphi_1 x_2) = \Theta_2 x_2 \surd(\varphi_2 x_2),$$
$$\text{etc.}$$
$$\Theta_1 x_{p+n+1} \cdot \surd(\varphi_1 x_{p+n+1}) = \Theta_2 x_{p+n+1} \surd(\varphi_2 x_{p+n+1}),$$

unde $p+n+2$ coefficientium illorum omnes usque ad unum, qui in aequatione (18.) per divisionem tollitur, ut functiones rationales ipsorum x_1, x_2, etc. $\surd(\varphi_1 x_2)$, $\surd(\varphi_1 x_2)$ etc. atque $\surd(\varphi_2 x_1)$, $\surd(\varphi_2 x_2)$ etc. inveniuntur. Quas quantitates x_1, x_2, etc. in locum variabilium independentium y, z etc. successisse, clarum est. Aequatione (18.) vero per productum

$$(x^2-x_1^2)(x^2-x_2^2)\dots.(x^2-x_{p+n+1}^2)$$

divisa, ceterae quantitates x_{p+n+2}^2, x_{p+n+3}^2, etc. x_μ^2 ut radices aequationis $(\mu-p-n-1)$ti ordinis dantur, cuius coefficientes ipsorum x_1, x_2, etc. $\surd(\varphi_1 x_1)$, $\surd(\varphi_1 x_2)$ etc. $\surd(\varphi_2 x_1)$, $\surd(\varphi_2 x_2)$ etc. functiones rationales fient. Quippe quae aequatio, ordinibus ipsorum $\Theta_1 x$ et $\Theta_2 x$ apte electis, secundum gradum ipsius x_2 haud superat, quo minore gaudere nequit. Sit enim ordo functionis $\varphi_1 x = 2\nu_1$ nec non ipsius $\varphi_2 x = 2\nu_2$, tum sive $\Theta_1 x$ sive $\Theta_2 x$ functio par est, quia functio $(\Theta_1 x)^2 \varphi_1 x$ ordine 2μ gaudet, quem ordo ipsius $(\Theta_2 x)^2 \varphi_2 x$ haud aequat, habemus:

$$2\mu > 2n+\nu_1+2p+1+\nu_2,$$

sive

$$\mu > n+p+\frac{\nu_1+\nu_2}{2}+\tfrac{1}{2},$$

unde sequitur numerus relinquarum radicum:

$$= \mu-n-p-1 > \frac{\nu_1+\nu_2}{2}-\tfrac{1}{2}.$$

Ergo, cum $\nu_1+\nu_2 = 4$ sit, ordo ipsius x^2, in aequatione, de qua diximus, numerum superet, necesse est. Ut vero hic ordo fiat secundus, habemus, si functio $\Theta_1 x$ ordinis $2n$ fuerit, hanc conditionem:

$$\mu = n+p+3 = 2n+\nu_1,$$

sive

$$p = n+\nu_1-3,$$

sin functio $\Theta_1 x$ ordinis $2p+1$ fuerit, hanc aequationem:

sive:
$$\mu = n+p+3 = 2p+1+\nu_1,$$
$$n = p+\nu_1-2.$$
Illic habemus ordinem ipsius $\Theta_1 x.\sqrt{(\varphi_1 x)}$, $=2n+\nu_1$ et ipsius $\Theta_2 x\sqrt{(\varphi_2 x)}$, $=2n+\nu_1-1$, hic vero ordinem ipsius $\Theta_1 x\sqrt{(\varphi_1 x)}$, $=2p+1+\nu$, et ipsius $\Theta_2 x\sqrt{(\varphi_2 x)}$, $=2p+\nu_1$.

Unde videmus in huiusmodi evolutione fractionis:
$$\frac{\Theta_2 x.\sqrt{(\varphi_2 x)}}{\Theta_1 x\sqrt{(\varphi_1 x)}} = D_1\frac{1}{x}+D_1\frac{1}{x^3}+\text{etc.}$$
coefficientem D_0 evanescere non posse, sed functionem algebraicam quantitatum x_1 x_2 etc. fore.

His collatis theorema illustre antea expositum ita enuntiare licet: „Si quantitates x_1, x_2, etc. $x_{\mu-2}$ ut datae assumantur, unicuique trium „harum inter integralia Π_1, Π_2, Π_3 relationum:
$$\Pi_1 x_1+\Pi_1 x_2+\text{etc. }+\Pi_1 x_{\mu-2}$$
$$= -\varepsilon_{\mu-1}\Pi_1 x_{\mu-1}-\varepsilon_\mu \Pi_1 x_\mu - C.$$
$$\Pi_2 x_1+\Pi_2 x_2+\text{etc. }+\Pi_2 x_{\mu-2}$$
$$= -\varepsilon_{\mu-1}\Pi_2 x_{\mu-1}-\varepsilon_\mu \Pi_2 x_\mu - C+M_2 E_0 D_0+M_3(E_0 D_1+E_1 D_0+\tfrac{1}{3}E_0 D_0^3),$$
$$\Pi_3 x_1+\Pi_3 x_2+\text{etc. }+\Pi_3 x_{\mu-2}$$
$$= -\varepsilon_{\mu-1}\Pi_3 x_{\mu-1}-\varepsilon_\mu \Pi_3 x_\mu - C+\frac{m}{2\Delta m}\log\frac{\Theta_1 m\sqrt{(\varphi_1 m)}+\Theta_2 m\sqrt{(\varphi_2 m)}}{\Theta_1 m\sqrt{(\varphi_1 m)}-\Theta_2 m\sqrt{(\varphi_2 m)}},$$
„haec aequatio quadratica ipsius x^2 respondet,
$$\frac{(\Theta_1 x)^2.\varphi_1 x-(\Theta_2 x)^2.\varphi_2 x}{(x^2-x_1^2)(x^2-x_2^2)\dots(x^2-x_{\mu-2}^2)} = A(x^2-x_{\mu-1}^2)(x^2-x_\mu^2) = 0.$$
„Ubi habemus:
$$\Delta x = \sqrt{[(1-x^2)(1-\varkappa^2 x^2)(1-\lambda^2 x^2)(1-\mu^2 x^2)]} = \sqrt{(\varphi_1 x\,\varphi_2 x)}$$
„atque functionis $\varphi_1 x$ ordine $=2\nu_1$, ipsius $\varphi_2 x$ ordine $=2\nu_2$ posito, si „numerum $\mu=2n+\nu_1$ ponamus:
$$\Theta_1 x = A_0+A_1 x^2+\text{etc. }+A_n x^{2n},$$
$$\Theta_2 x = B_0+B_1 x^3+\text{etc. }+B_{n+\nu_1-3}x^{2(n+\nu_1)-6},$$
„sin numerum $\mu=2p+1+\nu_1$ ponamus:
$$\Theta_1 x = A_0 x+A_1 x^3+\text{etc. }+A_p x^{2p+1},$$
$$\Theta_2 x = B_0\ \ +B_1 x^2+\text{etc. }+B_{p+\nu_1-2}x^{2(p+\nu_1-2)}.$$
„Coefficientes functionum $\Theta_1 x$ et $\Theta_2 x$ his aequationibus determinantur:
$$\Theta_1 x_1\sqrt{(\varphi_1 x_1)} = \Theta_2 x_1\sqrt{(\varphi_2 x_1)},$$
$$\Theta_1 x_2\sqrt{(\varphi_1 x_2)} = \Theta_2 x_2\sqrt{(\varphi_2 x_2)},$$
$$\text{etc.}$$
$$\Theta_1 x_{\mu-2}\sqrt{(\varphi_1 x_{\mu-2})} = \Theta_2 x_{\mu-2}\sqrt{(\varphi_2 x_{\mu-2})}.$$

„Functiones algebraicae, quas per D et E denotavimus, ut coefficientes „harum serierum dantur:

$$\frac{\Theta_2 x}{\Theta_1 x}\sqrt{\left(\frac{\varphi_2 x}{\varphi_1 x}\right)} = D_0\frac{1}{x} + D_1\frac{1}{x^3} + \text{etc.}$$

$$\frac{x}{\Delta x} = E_0\frac{1}{x^3} + E_1\frac{1}{x^5} + \text{etc.}$$

„quantitates denique $\varepsilon_{\mu-1}$ et ε_μ inde ex his ambabus aequationibus inve- „niuntur:

$$\varepsilon_{\mu-1} = \frac{\Theta_1 x_{\mu-1}}{\Theta_2 x_{\mu-1}}\sqrt{\left(\frac{\varphi_1 x_{\mu-1}}{\varphi_2 x_{\mu-1}}\right)}, \quad \varepsilon_\mu = \frac{\Theta_1 x_\mu}{\Theta_2 x_\mu}\sqrt{\left(\frac{\varphi_1 x_\mu}{\varphi_2 x_\mu}\right)}."$$

Scholion.

Aequatio quadratica, cuius radices $x_{\mu-1}^2$ et x_μ^2 sunt, duabus aequationibus algebraicis inter quantitates $x_1^2, x_2^2, \ldots x_\mu^2$ aequivalet, pro binis aequationibus transcendentalibus, quae ex arbitriis nominatoris ipsius $\Pi_1 x$ coefficientibus originem trahunt, locum tenens. Quas aequationes protinus ex theoremate ipso provenire, alio loco ostendemus.

Inde ex hoc theoremate, numeros ν_1 et ν_2 quibuscunque modis, fieri potest, ut summam $=4$ efficiant, mutantes, totidem varias suppositiones aequationis (18.) derivare licet, quibus factis aggregatum quotquot datorum integralium Abelianorum primi ordinis, ad aggregatam duorum reducuntur.

Adnotandum adhuc est, Cl. Le Gendre in commentatione iam citata (Fonctions elliptiques, troisième supplement §. III. art. 220.) integralia huius formae:

$$\int\frac{\partial x f x}{(x-\alpha)\sqrt{(\varphi x)}}$$

in tria genera dividentem, in errorem inductum esse, cum obtinuerit integralia formae:

$$\int\frac{x^e\,\partial x}{\sqrt{(\varphi x)}} = \psi x,$$

nisi numerus e minor quam $\frac{\lambda}{2}-1$ sive $\frac{\lambda-1}{2}$ assumatur, prout λ, ordo functionis φx, par sive impar fuerit, functione algebraica adiecta comparari posse, hancque ob rem secundum genus horum transcendentium constituere. E notatione enim illic introducta, est:

$$\Sigma\psi x = C + \Pi X$$

ubi per ΠX coefficiens ipsius $\frac{1}{x}$, in evolutione secundum ascendentes ipsius $\frac{1}{x}$ potestates progrediente, functionis huius:

$$\frac{x^e}{\sqrt{(\varphi x)}}\log\left(\frac{\Theta x\sqrt{(\varphi_1 x)}+\Theta_1 x\sqrt{(\varphi_2 x)}}{\Theta x\sqrt{(\varphi_1 x)}-\Theta_1 x\sqrt{(\varphi_2 x)}}\right)$$

denotatur, ibi posito:

$$\begin{aligned}\Theta x &= a_0+a_1x+\text{etc.} \quad +a\;x^n,\\ \Theta_1 x &= b_0+b_1x+\text{etc.} \quad +b_px^p,\\ \varphi_1 x &= \alpha_0+\alpha_1x+\text{etc.} \quad +\alpha_\nu x^\nu,\\ \varphi_2 x &= \beta_0+\beta_1x+\text{etc.} \quad +\beta_\mu x^\mu,\\ \sqrt{(\varphi_1 x\cdot\varphi_2 x)} &= \sqrt{(\varphi x)}.\end{aligned}$$

Iam vero facillime intelligitur, hanc functionem ΠX etiam logarithmicam fieri posse. Cum enim sit $\nu_1+\nu_2=\lambda$, numero λ ut pari assumto, ponamus:

$$2(n-p)=\mu-\nu,$$

tum fractione $\frac{x^e}{\sqrt{(\varphi x)}}$ in huiusmodi seriem dissoluta:

$$\left(\frac{1}{x}\right)^{\frac{\lambda}{2}-e}[E_0+E_1\frac{1}{x}+E_2\frac{1}{x^2}+\text{etc.}],$$

et functione:

$$\log\left(\frac{\Theta x\sqrt{(\varphi_1 x)}+\Theta_1 x\sqrt{(\varphi_2 x)}}{\Theta x\sqrt{(\varphi_1 x)}+\Theta_1 x\sqrt{(\varphi_2 x)}}\right)$$

in huius formae seriem abeunte:

$$\log\left(\frac{a_n\sqrt{\alpha_\nu}+b_p\sqrt{\beta_\mu}}{a_n\sqrt{\alpha_\nu}-b_p\sqrt{\beta_\mu}}\right)+D_1\frac{1}{x}+D_2\frac{1}{x^2}+\text{etc.}$$

habemus, $e=\frac{\lambda}{2}-1$ posito:

$$\Pi X=E_0\log\left(\frac{a_n\sqrt{\alpha_\nu}+b_p\sqrt{\beta_\mu}}{a_n\sqrt{\alpha_\nu}+b_p\sqrt{\beta_\mu}}\right),$$

atque $e=\frac{\lambda}{2}$ posito:

$$\Pi X=E_0D_1+E_1\log\left(\frac{a_n\sqrt{\alpha_\nu}+b_p\sqrt{\beta_\mu}}{a_n\sqrt{\alpha_\nu}+b_p\sqrt{\beta_\mu}}\right)$$

etc.

Haud praetermittamus adnotare, posito $2(n-p)=\mu-\nu$ numerum novorum integralium, per quorum aggregatum, quotquot datorum integralium eiusdem formae aggregatum, exprimitur, quam minimo valore $=\frac{\lambda}{2}-1$ gaudere. Habemus enim numero omnium radicum ϱ posito, quia $2(n-p)=\mu-\nu$ est:

$$\varrho=2n+\nu=2p+\mu$$

ergo:

$$\varrho = n+p+\frac{\nu+\mu}{2} = n+p+\frac{\lambda}{2}.$$

Numerus datorum integralium $= n+p+1$ esse debet, ergo numerus novorum est:

$$= \varrho-n-p-1 = \frac{\lambda}{2}-1. \quad \text{q. e. d.}$$

